


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Scriptoris veteris,
PAVLI ALEXAN-
DRINI, ἘΙΣΑΓΩΓῊ ἘΙΣ
τὴν ἀποτελεσματικήν;

Siue

Rudimenta in doctrinam de præ-
dictis natalitijs;

Ex

Dn. HENRICI RANZOVII, SERE-
NISSIMI DANORVM REGIS, PER
Holſatiam & Dithmarſiam Legati &c.
Bibliotheca,

*nunc primùm Græcè & Latinè
edita.*

VVITEBERGÆ,
Excudente Zacharia Lehmano,
M. D. LXXXVI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

MAGNIFICO VIRO, NOBILITATE GENERIS, SAPIENTIA, ERVDITIONE & virtute præſtantiſsimo, Dn. HENRICO RANZOVIO, Sereniſsimi Danorum Regis, per Holſatiam, Sleſuicum & Dietmarſiam Legato, &c. Domino & patrono ſuo colendo,

MAGNVM DECVS atq; ornamentum homini eſt, liberalis doctrinæ cognitio & tractatio. Cùm enim vir perfectionem ſui appetens, ſecundum Peripateticos, ad rectè intelligendum & agendum incumbere debeat: vel vt ſit, quemadmodum ipſi loquuntur, θεωρητικὸς τῶν ὄντων, καὶ πρακτικὸς τῶν δεόντων*: neutrum horum conſequi ille aut præſtare poteſt, ſine literarum præſidio & adminiculo. Ac de intelligentia quidem, qua res vtiles & neceſſariæ nobis notæ ef-*

ficiuntur, & in animo velut informantur, dubium non eſt, quin artium ingenuarum & linguarum cognitione atq; vſu comparetur; cùm his comprehenſa teneatur rerum diuinarum humanarumq; ſcientia, quanta eſſe poteſt, in obtuſa hac ingenij & mentis noſtræ acie. Quantum verò actiones vitæ communis, quæ in virtutis & honeſtatis vſu conſiſtunt, ab erudita doctrina iuuentur, in præſenti nihil attinet dicere. Nam hoc quidem certè manifeſtum eſt, eos, qui humanioribus diſciplinis ſunt exculti, non ſolùm in priuata vita gubernanda moderatiores eſſe, & in domeſticis adminiſtrandis prudentiores: ſed ad res in ciuili etiam ſocietate domi militiæq; præclarè gerendas, adiumenti plurimum habere à literis: ſicut exempla ſummorum regum ac principum oſtendunt, qui & ornamento fuerunt optimarum artium ſtudijs, & ab his ornati ſunt viciſsim, vt non minori in laude ob eruditionem nunc ſint poſiti, quàm ob maieſtatem ſuam, rerumq; quas geſſerunt amplitudinem. Itaq; inter alia virtutis ac induſtriæ præconia veriſsima, vir magnifice &

nobi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

nobiliſsime, non poſtrema eſt ad gloriam commendatio, quam ex erudita doctrina tibi comparauiſti. Vetus & illuſtris eſt familia Ranzouiorum in Holſatia, quæ viros ſapientia, dignitate ac virtute præſtantiſsimos genuit multos. Conſtat enim de diplomatis antiquis, quibus annus à nato ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto aſſcriptus eſt milleſimus duceteſimus triceſimus ſextus, præcipuam illo tempore & inſignem fuiſſe familiæ huius autoritatem, cum apud Duces Holſatiæ, & ciuitates prouinciæ illi finitimas, quibus ſæpè multumq́;, & in armis & in toga, virtute atq; conſilio ſuo profuerunt: tum apud externos quoq;, & Monarchas ſummos ac præcipuos. Vt de duobus accepimus, qui Imperatori Alberto II. inprimis chari fuerunt, & dignitatibus nouis ab eo ſunt ornati. Sed quid vetera commemorem? viuit adhuc poſt fata, & in omnium oculis atq; auribus poſita eſt, excellens virtus atq; gloria parentis tui Iohannis Ranzouij, quo Conſiliario ſummo, & duce bellorum primario vſi ſunt tres Reges Daniæ, & qui vindex fuit liberta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

tis Danicæ acerrimus & feliciſſimus. Miſſus idem legatus, cum alijs hanc ad rem delectis viris nobiliſſ. & præſtantiſſimis, pacem conciliauit inter Carolum V. Imperatorem, & Chriſtiernum Daniæ Regem, Spiræ, anno Domini 1544. eiusq; tum tanta fuit autoritas, vt ſcriptis literis, vno eodemq; anno, eius operam & fidem ſibi adiungere cuperent Imperator Carolus & Franciſcus Rex Galliæ, ſtipendio honorificè decreto & oblato: vbi tamen ſubmiſſè, vt par fuit, vtriq; ſe excuſans profeſſus eſt, ſecundùm D*EVM*, *ſe obligatum eſſe, quàm Regi ſuo, velle nemini. De tuis verò laudibus, Henrice Ranzoui, vt parcius in præſentia dicam, facit verecundia: & oratio mea illarum amplitudinem non caperet. Attamen nouit Dania, & norunt regiones aliæ, quanta tua ſit apud potentiſſimum Daniæ & Noruegiæ Regem, Fridericum II. autoritas, qui non ſolùm gubernationi prouinciarum aliquot ſuo ſubiectarum imperio, te ob ſingularem prudentiam, virtutem atq; fidem præfecit: ſed conſilijs quoq; tuis vtitur in rebus dubijs & quæ momenti*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

menti ſunt maximi. Ac fuiſti tu vnus ex præcipuis, qui accepto mandato, annis ſuperioribus, bellum illud inter Daniæ ac Sueciæ Reges feliciter compoſuerunt: tùm verò ex ijs poſtea, quibus negocium datum fuit, vt diuiderent inter Regem Daniæ & Duces Holſatiæ, prouincias, Sleſuicum & Dietmarſiam, controuerſiasq́; tollerent, quæ de terrarum poſſeßione inter Illuſtrißimas has familias durârunt annos multos. Quibus in cauſsis actionibusq́; grauiſſimis, ita communi tranquillitati & ſaluti patriæ conſuluiſti, vt eam hoc beneficio tibi in perpetuũ deuinxeris. Cæterùm ad hæc decora propria, & ad laudes acceptas à maioribus, doctrinæ & ingenij gloriam adieciſti, atq; ita in familiam clarißimam nouum lumen & ornamentũ intuliſti: quod vt partum eſt eruditione, ita dum doctis ſuus locus & honos conſtabit, non intermoriturum eſt vllo tempore. Quæ enim literis paratur fama, vt præclara eſt, ita conſtans & perpetua. Ac iam nomen tuum paßim inter eruditos celebratur ſcriptis, è tua editis Bibliotheca, quam in Bredenberga tua, arce ſplendore

ædificio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

ædificiorum inſigni, & rerum omnium copijs affluente, inter alia κειμήλια ſeruas & amplificas, & Muſis hoſpitium intra tecta Lareſq; tuos præbes ampliſſimum. Quo nomine magnas ſe tibi gratias debere fatentur eruditi omnes, atq; hoc ſtudium tuum iuuandi propagationem artium bonarum diſciplinarumq;, factis illuſtribus & glorioſis maiorum tuorum annumerant: quibus vt ipſi ciuilem hominum ſocietatem iuuerunt ornaruntq;, ita tu præclaro hoc conatu tuo benè mereris de Republ. literaria: qua tamen florente, illa ciuilis quoq; ſplendorem maiorem obtinet, & quæ præſidia toti vitæ hominum ferant liberales doctrinæ atq; ingenuæ, commemorare hoc loco non eſt neceſſum. Vt igitur quod mihi nunc eſt propoſitum, exponam, redit ad te, vir præſtantiſſime, libellus Pauli Alexandrini aſtrologicus, quem poſtulationi tuæ ſatisfacere cupiens, de græco in latinum ſermonem conuerti, vt potui: cùm non tam obſcurus nonnunquam ipſius autoris ſenſus, quàm deprauatum mendis innumeris exemplum manu ſcriptum græcum, difficultatem

& im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

& impedimentum operis noſtris afferret, vt ne diuinandi quidem de vera ac natiua ſententia, locus interdum eſſet reliquus. Quicquid verò eſt, quod præſtiti, aut præſtare ſanè conatus ſum: id tibi vt gratum acceptumq́ eſſe patiare, etiam atq; etiam rogo. Deus clementiſsimus te Reipubl. ac Muſis diu ſaluum & incolumem conſeruet. VViteburgæ Calend. Ianuarij, incoantibus annum Ieſu Christi M. D. LXXXVI.

Magnif. T.
colens

Andr. Schato.

(:)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Lectori beneuolo.

DE AVTORE SCRIPTI' præter nomen & patriam, quod ſciam, fermè nihil extat. Conijcere tamen licet ex ijs, quæ in libello exponuntur, vixiſſe eum circa tempora Gratiani & Theodoſij Jmpp. Romanorum. Nam anni à Diocletiano numerati meminit nonageſimi quarti, vbi quota ſit hebdomados dies, & cuius Planetæ nomen habeat, inueſtigare docet. Primus enim fuit Diocletianus, qui Aegyptios, repudiato eo, quo prius vtebantur anno, diem intercalarem recipere coegit, ſecundum emendatam anni rationem à Iulio Cæſ. inſtitutam: vt & hoc argumento eſſet, ipſos ſub iugum miſſos eſſe Romanum, libertatemq́ perdidiſſe. Imperare is cepit anno Chriſti 288, & imperij anno ſeptimo Aegyptum domuit, Alexandriamq́ occupauit: vnde quod reliquum eſt eius temporis, ad calculos reuoca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

re, cuiuis eſt in promtu. Qui ſcholijs additis illuſtrare quædam conatus eſt in hoc ſcripto, à Diocletiano ſimiliter annos ſuos incoat, eosq́ deducit in initium imperij Friderici, cognomento Barbaroſſæ: à quo ad noſtram vſq; ætatem, ſunt anni circiter 430. A quo autem principio idem ille annos ibi numeret 6659, & à condito mundo ſi numeret, quam rationem ſit ſecutus, non facilè dixerim: niſi exiſtimetur, à nato in terris Chriſto, annos eum percenſere 5509, ſicut Græcas Eccleſias facere conſtat, quæ tyranno Turcico hodiè ſunt ſubiectæ. Etenim hac ratione numerus annorum mundi conficitur, qui annis tantum quatuor ſuperat numerum in ſcholio annotatum: in quæ tamen operoſius hoc loco inquirere, ſuperuacaneum fuerit. Quocunq; enim tempore ij vixerint, inſtitutum hoc ipſorum fuiſſe apparet, vt iunioribus initia traderent & explicarent τῆς γενεθλιαλογικῆς: *quod quàm feliciter præſtiterit vterque, iudicium eſto penes alios. Si quid tamen pronunciandum eſt, inter alia huius generis ſcripta, hoc etiam ſuum locum*

mere-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

meretur: quoniam eius, de qua diximus, doctrinæ, breuis σύνοψις eſt, nec ἀναπολόγητα illa continet, ſuperſtitionumq́ue commenta, de electionibus, interrogationibus & ſortibus, quæ Arabes aliàs ſine fine & modo cumulant, atque anilibus iſtis ineptijs ſuſpectam & inuiſam reddunt artem vniuerſam. Cùm autem euentuum genera multa ſint, de quibus in geneſibus quæri ſolet: autor de liberis ſolùm, & opificio ſeu actionibus nati peculiarem titulum fecit. Cætera quæ Ptolemæus eruditè & diſertè tractat de parentibus, fratribus, temperamento & morbis vitijsq́ue corporis, affectionibus animi, diuitijs, honoribus, coniugio, amicis, peregrinatione, morte: ipſe in vnum quaſi faſciculum collecta, breuiter ante oculos proponit, cùm de ſignificationibus docet XII domiciliorum cœleſtium, atque ita quæ ad hanc partẽ τοῦ προγνωστικοῦ δι' ἀστρονομίας pertinent, fermè omnia complectitur. Adduntur & quædam de temporum inueſtigatione, quibus euentus, & vt ipſe nominat κλιμακτῆρες aut aſſultus grauiores & pericula, à morbis alijsue calamitatibus frequenter accidere,

dere,

dere, compertum eſt: vſitatè profectiones annuæ, menſtruæ, diurnæ appellantur: & directiones locorum ἀφετικῶν: & ingreſſus vel ἐπεμβάσεις atq; πάροδοι Planetarum. Sed quòd præcepta per ſe minus dilucida, breuiter exponuntur, neq; exemplis idoneis declarantur: ita obſcura pleraq; ſunt & ambigua, vt niſi de aliorum explicatione illuſtrentur, fructus hinc ad lectorem expectatus non redeat. Talia quoq; ſunt, quæ de parte ὡροσκοπούσης, in geneſibus rectè conſtituenda, hic docentur modis pluribus ac diuerſis. Quædam præterea ex doctrina de ſiderum motibus motuumq; φαινομένοις huc aſſumuntur: vt ἀνατολαὶ καὶ δύσεις Planetarum ἑῷαι καὶ ἑσπερίαι, reſpectu ſolis: & eorundem ſtationes: quorum omnium ratio ex hypotheſi Epicycli ingenioſè demonſtratur, & cognitio horum vtilis ſimul eſt & iucunda diſcentibus. Quanquam igitur non omnia æquè perſpicua & diſtincta ſunt, quæ in hoc Scripto exponuntur, quædam fortaßis & non neceſſaria, atq; ab inſtituto aliena: tamen vtiliter ea legi poſſe cenſeo, à diſciplinæ huius ſtudioſis, cùm quia initia rectè conſtituta

ſunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

*ſunt, partim ex Ptolemæi, partim ex ſaniorum
Arabum decretis: tum quia guſtatis hiſce qua-
ſi riuulis, fontes ipſos adeundi cupiditas accen-
ditur, qui puriſsimi, vt haberi de hac arte poſ-
ſunt, continentur in τετραβίβλῳ συντάξει Ptolemæi,
in qua cognoſcenda operæ precium
facturi ſunt Aſtrologiæ
ſtudioſi.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

ΠΑΥΛΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ-
ΩΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟ-
τελεσματικήν.

Πάνυ καλῶς, ὦ φίλε παῖ κρονάμων, ἐψευδογραφηκότας ἡμᾶς ἀνδρῶν, ἔντισι τῶν ἐν τῇ περὶ ταύτης ἐκδόσει τῶν εἰσαγωγικῶν, προετρέψω ἑτέραν σύνταξιν, λειπομένην ἐν οὐδενὶ τῶν εἰς τὴν αὐτὴν πρόθεσιν συντεινόντων θεωρημάτων. Μετὰ καὶ τοῦ καταναγκάσαι, καὶ τὰς κατὰ πτολεμαῖον ἀναφορὰς ἐπιλογιζομένους πρὸς τοῖς τέλεσιν ἐκθέσθαι: ὡς ταύτας εὐχρηστοτέρας κατειληφότων ἡμῶν, αὐτοῦ τε τοῦ πτολεμαίου, ἐν τῷ περὶ χρόνων ζωῆς, δι' αὐτῶν τὴν πραγματείαν ποιουμένου. Καὶ ἀπολιναρίου παρακελευομένου, ἐν τῷ περὶ ἀφέτου καὶ οἰκοδεσπότου καὶ ἀναιρέτου, ταύταις κεχρῆσθαι. πρὸς ἐπὶ τούτοις, καὶ ἀπολλωνίου τοῦ λαοδικέως, ἐν τοῖς ἰδίοις πέντε βιβλίοις διαβάλλοντος τοὺς αἰγυπτίους, ὡς πολλὴ ἀπάτη αὐτοῖς γεγένηται, ἐν τῶν τῶν ζωδίων ἀναφοραῖς.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΩΔΕ-
ΚΑ ΖΩΔΙΏΝ.

Ὁ ζωδιακὸς κύκλος κινεῖται λοξῶς, διῃρημένος εἰς τμήματα ιβ, ἅτινα καλεῖται ζώδια. ἔχει δὲ τὸ ζώδιον δεκάνους μὲν τρεῖς. μοι δὲ λ. ἡ δὲ μοι. λεπτὰ ξ. ἐστὶ δὲ ἡ ἀρχὴ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου κριὸς, ἀρσενικὸν, ἰσημερινὸν, τροπικὸν ἐαρινόν. οἶκος ♂.

ὕψωμ

PAVLI ALEXANDRINI RVDIMENTA, IN DOCTRINAM DE PRAEDICTIS NATALITIIS.

OPtimè factum eſt, mi fili Cronamo, quòd cùm animaduerteris, perperam nonnulla à nobis ſcripta eſſe de rudimentis Aſtrologiæ, in ijs, quæ antehac ſunt edita, hortator fuiſti, vt alium librum conficeremus, in quo nihil eorum deſideraretur, quorum perceptio ad præſens inſtitutum pertineret. Simul & flagitaſti, vt ſupputaremus aſcenſiones partium ſigniferi, ſecundum Ptolemæum, ad vſum prædictionum: vtpote quas accommodatiores hanc ad rem deprehenderimus. Sicut & ipſe Ptolemæus eas aſſumit in colligendis per numeros vitæ temporibus. Et Apolinarius iubet ijs vti, in deligendo vitæ prorogatore, genituræ domino, & interfectore. Apollonius inſuper Laodicenſis in V. ſuis libris accuſat AEgyptios, quòd multum errauerint in aſcenſionibus ſignorum zodiaci.

DE XII SIGNIS.

SIgnifer dictus circulus mouetur obliquè, diuiſus in portiones 12. quæ vocantur ſigna. Habet verò ſignum decadum præfectos tres, & partes 30. pars habet minuta 60. Principium ſigniferi eſt Aries, ſignum maſculinum, æquinoctiale, tropicum, vernũ. Domus ♂.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

ὕψωμα ☉, περὶ μοί. ιθ. ταπείνωμα ♄, μοί. κα. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν ☉: νυκτὸς δὲ, ♃. κεῖται δὲ κλίματος τοῦ τῆς περσίδος, ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ ἀπηλιώτῃ. κυριεύει δὲ κεφαλῆς καὶ ὅλου προσώπου. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον κατ' αἰγυπτίους, ἐν τῷ δι' ἀλεξανδρείας κλίματι, τρίτου ὄντος, ἐκ τοῦ ἀφανοῦς κόσμου εἰς τὸν ἐμφανῆ κόσμον, ἐν ὥρᾳ μιᾷ ἰσημερινῇ, τρίτῳ ἐνάτῳ. χρόνοις δὲ κα, λεπτοῖς μ. ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τῷ ζωδίῳ τὸ μεσουρανοῦν κέντρον τοῦ κοσμικοῦ διαθέματος.

Δεύτερον ζώδιον ταῦρος, θηλυκὸν, στερεὸν, ἐαρινόν. οἶκος ♀. ὕψωμα ☽. περὶ μοί γ. ταπείνωμα οὐθενός. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν ♀: νυκτὸς δὲ ☽. κεῖται δὲ κλίματος τοῦ τῆς βαβυλῶνος. ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ νότῳ. κυριεύει δὲ τραχήλου καὶ τένοντος. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸ ἐμφανὲς τοῦ κόσμου, ἐν ὥρᾳ μιᾷ, μ'. χρόνοις δὲ κε. κατὰ τὸ προκείμενον κλίμα, τὸ δι' ἀλεξανδρείας.

Τρίτον ζώδιον ♊. ἀρσενικὸν, δίσωμον, ἐαρινὸν, ἀνθρωποειδές. οἶκος ἑρμοῦ. ὕψωμα οὐθενός. κοίλωμα οὐθενός. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν, ♄: νυκτὸς δὲ ♀. κεῖται δὲ κλίματος τοῦ τῆς καππαδοκίας, ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ λιβί. κυριεύει δὲ, ὤμων καὶ χειρῶν καὶ δακτύλων. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸ ἐμφανὲς τοῦ κόσμου, ἐν ὥρᾳ α. νγ. κ''. χρόνοις δὲ, κη. κ'. κατὰ τὸ προκείμενον κλίμα. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τριζωδίᾳ, ἀπαρτίζεται ἡ τῆς ἐαρινῆς ὥρας τροπὴ, ἥτις καλεῖται ἔαρ.

Τέταρτον ζώδιον ♋. θηλυκὸν, θερινόν. οἶκος δὲ ☾. ὕψωμα ♃. περὶ μοί ιε. ταπείνωμα ♂. περὶ μοί κη. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν, ♀: νυκτὸς δὲ ♂. κεῖται δὲ κλίματι, τῷ τῆς ἀρμενίας, ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ βορρᾷ. κυριεύει δὲ στήθους, καὶ στομάχου. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸ ἐμφανὲς τοῦ κόσμου.

ἐν ὥραις

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Exaltatio Solis, circa 19. partem. Deiectio ♄, in parte 21. Triangulum, interdiu Solis: noctu ♃. Incumbit climati, quod tranſit per Perſiam, attributum vento Subſolano. Dominatur capiti, & toti faciei. Aſcendit apud Aegyptios, in climate per Alexandriam tranſeunte, quod tertium eſt, ex abdita mundi parte in patentem, ſpacio vnius horæ æquinoctialis, vno triente, & nona parte horæ: temporibus verò æquinoctialis circuli, 21 cum beſſe. Obtinet hoc ſignum cardinem medij cœli, in prima mundi conſtitutione.

Secundum ſignum eſt Taurus, fœmininum, fixum, vernum. Domus ♀. Exaltatio ☾, circa partem 3. Deiectio nullius. Triangulum, interdiu ♀: noctu ☾. Incumbit climati tranſeunti per Babylonem, in partitione tributum vento Auſtro. Dominatur collo & ceruici. Aſcendit hoc ſignum ex occulto mundi hemiſphærio in apertum, vna hora, cum beſſe: Temporibus verò 25: in propoſito climate, quod per Alexandriam tranſit.

Tertium ſignum, Gemini: maſculinum, bicorporeum, vernum, humanum. Domus ☿. Exaltatio nullius. Fouea ſeu deiectio nullius. Triangulum interdiu ♄: noctu ♀. Situm eſt in climate per Cappadociam tranſeunte, deſtinatum vento Africo. Dominatur humeris, brachijs atq; digitis. Emergit ab imo mundi ſurſum, hora vna, 53′. 20″: temporibus verò, 28. 2′, in propoſito climate. In hoc ſignorum ternario completur verni temporis conuerſio, quæ ver appellatur.

Quartum ſignum Cancer: fœmininum, æſtiuum. Domus ☾. Exaltatio ♃, circa par: 15. Deiectio ♂. circa par. 28. Triangulum, interdiu ♀: noctu ♂. Incumbit climati per Armeniam, attributum vento Boreæ. Dominatur pectori & œſophago. Attollitur ſupra Horizontem orientalem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

ἐν ὥραις β. ϛ́. μ″. χρόνοις λα. μ΄. κατὰ τὸ μνημονευθὲν κλίμα. ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τῷ ζωδίῳ, ὁ τοῦ κόσμου ὡροσκόπος.

Πέμπτον ζώδιον ἐστὶ, λέων. ἀρσενικὸν, στερεὸν, θερινὸν. οἶκος ☉. ὕψωμα οὐθενὸς. κοίλωμα οὐθενὸς. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν ☉: νυκτὸς δὲ ♃. κεῖται δὲ κλίματι τῷ τῆς ἀσίας, ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ ἀπηλιώτῃ. κυριεύει δὲ πλευρῶν καὶ στήθους. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸν ἐμφανῆ κόσμον, ἐν ὥραις β. κ΄. χρόνοις δὲ λε, κατὰ τὸ μνημονευθὲν κλίμα.

Ἕκτον ζώδιον ἐστὶ ♍. θηλυκὸν, δίσωμον, θερινὸν. οἶκος καὶ ὕψωμα, ☿, περὶ μοι. ιε. ταπείνωμα ♀, περὶ μοι. κζ. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν, ♀: νυκτὸς δὲ, ☽. κεῖται δὲ κλίματι τῷ τῆς ἑλλάδος καὶ ἰωνίας. ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ νότῳ. κυριεύει δὲ λαγόνων καὶ τῆς ἐπάνω κοιλίας, καὶ τῶν ἐντὸς πάντων. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸ ἐμφανὲς τοῦ κόσμου, ἐν ὥραις δυσὶ, λγ. κ″. χρόν. δὲ, λη. κ΄. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τριζωδίᾳ ἀποδείζεται ἡ τῆς θερινῆς ὥρας τροπὴ, ἥτις καλεῖται πῦρ.

Ἕβδομον ζώδιον, ♎. ἀρσενικὸν ἰσημερινὸν, τροπικὸν, μετοπωρινὸν. οἶκος ♀. ὕψωμα ♄, περὶ μοι. κα. ταπείνωμα ☉, περὶ μοι. ιθ. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν ♄: νυκτὸς δὲ ☿: κεῖται δὲ κλίματι τῷ τῆς λιβύης καὶ κυρήνης. ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ λιβὶ. κυριεύει δὲ, ἰσχίων καὶ γλουτῶν. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸν ἐμφανῆ κόσμον, ἐν ὥραις β. λγ΄. κ″. χρόν. λη. κ΄. ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τῷ ζωδίῳ, τὸ τοῦ κόσμου κέντρον ὑπόγειον.

Ὄγδοον ζώδιον ἐστὶν, ὁ ♏. θηλυκὸν, στερεὸν, μετοπωρινὸν. οἶκος ♂. ὕψωμα οὐθενὸς. κοίλωμα ☽, περὶ μοι γ. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν ♀: νυκτὸς δὲ ♂. κεῖται δὲ κλίματι τῷ τῆς ἰταλίας. ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ Βορρᾷ. κυριεύει δὲ, αἰδοίων καὶ κύστεως καὶ βουβώνων. ἀναβαίνει δὲ ζώδιον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸ ἐμφανὲς τοῦ κόσμου, ἐν ὥραις β. κ΄. χρόν. λε.

Ἔννατον

horis 2.6′.40′ : temporibus 31.40′. in climate, antea quod nominatum eſt. Aſcendit hoc ſignum in ortu, quando mundus primùm cœpit.

Quintum ſignum eſt Leo: maſculinum, fixum, aſtiuum. Domus & exaltatio nullius: fouea nullius. Triangulum, interdiu ☉: noctu ♃. Situm eſt in climate, quod per Aſiam tranſit, poſitum in vento ſubſolano. Dominatur coſtis & pectori. Aſcendit hoc ſignum ex imo hemiſphario mundi ad ſuperius, horis 2. cum triente: temporibus verò 35, in climate, cuius facta eſt mentio.

Sextum ſignum eſt virgo: fœmininum, bicorporeum, aſtiuum. Domus et exaltatio ☿, circa par. 15. Deiectio ♀, circa par. 27. Triangulum interdiu ♀: noctu ☽. Incumbit climati, per Graciam & Ioniam: attributum vento Auſtro. Dominatur ilibus & ventri, & qua in hoc continentur vniuerſis. Aſcendit ex abdita parte mundi in patentem, horis 2. 33′. 20′. Temporibus verò 38 20′. In hoc ſignorum ternario perficitur aſtiui temporis conuerſio, qua vocatur Ignis.

Septimum ſignum Libra: maſculinum, aquinoctiale, tropicum, autumnale. Domus ♀. Exaltatio ♄, circa par. 21. Deiectio ☉lis, circa par. 19. Triangulum, interdiu ♄: noctu ☿. Poſitum eſt in climate, quod per Lybiam & Cyrenen ducitur, pertinens ad ventum Africum. Dominatur coxis & natibus. Aſcendit ſupra Horizontem ho. 2. 33′. 20′. temporibus verò 38. 20′. Obtinet imum cœli, in primo mundi ortu.

Octauum eſt Scorpius: fœmininum, fixum, autumnale. Domus ♂. Exaltatio nullius. fouea ☾. circa par. 3 Triangulum, interdiu ♀: noctu ♂. Incumbit climati ducto per Italiam, attributum vento Borea. Dominatur pudendis & veſica & inguinibus. Aſcendit ex imo mundi ſupra finitorem ho: 2, 20′. temporibus 35.

Nonum

Ἔννατον ζώδιον ἐστὶ τοξότης, ἀρσενικὸν, δίσωμον, μετοπωρινόν. οἶκος ♃. ὕψωμα οὐθενός. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν ☉: νυκτὸς δὲ ♃. κεῖται δὲ κλίματι τῷ τῆς κιλικίας καὶ κρήτης. ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ ἀπηλιώτῃ. κυριεύει δὲ μηρῶν. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸ ἐμφανὲς τοῦ κόσμου, ἐν ὥραις β. ς. μ″. χρόν. λα. μ′. κατὰ τὸ μνημονευθὲν κλίμα. ἐν ταύτῃ τῇ τριζωδίᾳ ἀπαρτίζεται ἡ τῆς μετοπωρινῆς ὥρας τροπὴ, ἥτις καλεῖται γῆ.

Δέκατον ζώδιον ♑. θηλυκὸν, τροπικὸν, χειμερινόν. οἶκος ♄. ὕψωμα ♂, περὶ μοι κη. ταπείνωμα ♃, περὶ μοι. ιε. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν ♀: νυκτὸς δὲ ☽. κεῖται δὲ κλίματι τῷ τῆς συρίας. ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ νότῳ. κυριεύει δὲ γονάτων. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸ ἐμφανὲς τοῦ κόσμου, ἐν ὥρᾳ α. νγ. κ″. χρό. κη. κ′. ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τὸ τοῦ κόσμου κέντρον δυτικόν.

Ἑνδέκατον ζώδιον, ὑδροχόος, ἀρσενικὸν, στερεὸν, χειμερινόν. οἶκος ♄. ὕψωμα, οὐθενός. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν, ♄: νυκτὸς δὲ ☿. κεῖται δὲ κλίματι τῷ τῆς αἰγύπτου. ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ λιβί. κυριεύει δὲ κνήμης. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸν ἐμφανῆ κόσμον, ἐν ὥρᾳ α. μ′. χρό. κε.

Δωδέκατον ζώδιον ♓. θηλυκὸν, δίσωμον, χειμερινόν. οἶκος ♃. ὕψωμα ♀, περὶ μοι. κζ. ταπείνωμα ☿, περὶ μοι. ιε. τρίγωνον, ἡμέρας μὲν ♀: νυκτὸς δὲ ♂. κεῖται δὲ κλίματι, τῷ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ ἰνδικῆς χώρας. ἀπομεμερισμένον ἀνέμῳ βορρᾷ. κυριεύει δὲ πελμάτων, καὶ τῶν λεγομένων ἀκροπόδων. ἀναβαίνει δὲ τὸ ζώδιον ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸν ἐμφανῆ κόσμον, ἐν ὥρᾳ α. κς. μ″. χρό. κα. μ′. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τριζωδίᾳ ἀπαρτίζεται ἡ τῆς χειμερινῆς ὥρας τροπὴ, ἥτις καλεῖται ὕδωρ. καὶ περὶ μὲν τὴν κατὰ μέρος ἔκθεσιν τῶν ιβ ζωδίων, ὧδέ πως εἰρήσθω. πρὸς δὲ τὸ συλλήβδην αὐτὰ νοεῖν, οὕτως ἐκτεθείσθω.

ΠΕΡΙ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Nonum ſignum eſt Sagittarius: maſculinum, bicorporeum, autumnale. Domus ♃. Exaltatio nullius. Triangulum, interdiu Solis: noctu ♃. Iacet in climate, quod per Ciliciam & Cretam ducitur, aſsignatum vento ſubſolano. Dominatur femoribus. Aſcendit ex imo mundi ad ſuperiora, ho. 2. 6′. 46″: temporibus 31. 40′, in climate propoſito. In hoc ſignorum ternario abſoluitur cõuerſio temporis autumnalis, quæ vocatur terra.

Decimum ſignum eſt Capricornus: fœmininum, tropicum, hybernum. Domus ♄. Exaltatio ♂. circa 28 par. Deiectio ♃, circa par. 15. Triangulum, interdiu ♀: noctu ☽. Incumbit climati per Syriam ducto, tributum vento Auſtro. Dominatur genibus. Aſcendit ab imo mundi ad ſuperiora, in hora 1. 53′. 26″: temporibus 28. 26′. Eſtq́ in hoc ſigno pars mundi occidens.

Vndecimum ſignum Aquarius: maſculinum, fixum, hybernum. Domus ♄. Exaltatio nullius. Triangulum interdiu ♄: noctu ☿. Situm eſt in climate, quod per AEgyptum tranſit, datum vento Africo. Dominatur tibiæ. Aſcendit ex imo mundi ſupra terram, hora 1. 46′: temporibus 25.

Duodecimum ſignum Piſces: fœmininum, bicorporeũm, hybernum. Domus ♃. Altitudo ♀, circa par. 27. Deiectio ☿, circa 15 par. Triangulum, interdiu ♀: noctu ♂. Incumbit climati, ducto per mare rubrum, & regionem Indicam: attributum vento Boreæ. Dominatur plantis pedum, & extremis ipſis pedibus. Aſcendit ex abdita mundi parte in patentem, hora 1. 26′. 46″. Temporibus 21. 46′. In hoc ſignorum ternario completur hyberni temporis conuerſio, quæ Aqua vocatur. Ac de particulari quidem 12 ſignorum expoſitione hæc ſufficiant. Nunc ſummatim illa ſic explicentur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

ΠΕΡΙ ΑΡΣΕΝΙΚΩΝ ΚΑΙ ΘΗΛΥΚΩ͂Ν ΖΩΔΊΩΝ.

Ἀρσενικὰ ζώδια εἰσὶ τάδε: κριὸς, δίδυμοι, λέων, ζυγὸς, τοξότης, ὑδροχόος. θηλυκὰ δὲ ζώδια τὰ τούτων ὑπόλοιπα: ταῦρος, καρκίνος, παρθένος, σκόρπιος, αἰγόκερως, ἰχθύες. καὶ καθόλου εἰπεῖν, ὅσα περιττὸν ἀριθμὸν ἐκδέχεται, ἀπὸ πρώτου κριοῦ ἀρχόμενα, ταῦτα ἀρσενικὰ νοείσθω: ὅσα εἰσὶ ἄρτιον, ταῦτα θηλυκά.

περὶ τροπικῶν ζωδίων.

Τροπικὰ δέ: ♈ ♋, ♎, ♑. ἰσημερινὰ δὲ, ♈ καὶ ♎. ἰσάριθμα δὲ τούτοις τὰ στερεὰ: ἤγουν ♉, ♌, ♏, ♒. τῶν δισώμων ἰσαρίθμων αὐτοῖς τυγχανόντων, ἅ ἐστι: ♊. ♑. ♐. ♓. καὶ συναιρετικῶς εἰπεῖν, ὅσα διὰ δ. διέστηκε, ταῦτα τὴν αὐτὴν τῶν ζωδίων φύσιν ἐκδέχεται.

Περὶ οἴκων τῶν ἀστέρων.

Οἰκητήρια εἰσὶ: ♈ καὶ ♏, ♂. ♉ καὶ ♎, ♀. ♊, ϲ ♍, ☿. ♋ ☽. ♌. ☉. ♐ καὶ ♓, ♃. ♑. καὶ ♒, ♄.

Περὶ ὑψωμάτων.

Ὑψώματα εἰσὶ, ♈ ☉. ♉ ☽. ♋ ♃. ♑ ♂. ♎, ♄. ♍ ☿. ♓ ♀. ὅσα δὲ τούτων ἀπὸ ζ ζώδια διέστηκε, τούτων αὐτῶν τὰ ταπεινώματα τυγχάνει.

Περὶ τριγώνων.

Τρίγωνα δὲ: ♈, ♌, ♐, ἡμέρας μὲν ☉: νυκτὸς δὲ, ♃. ♉. ♍. ♑. ἡμέρας μὲν, ♀: νυκτὸς δὲ, ☽. ♊ ♎ ♒. ἡμέρας μὲν ♄: νυκτὸς δὲ, ☿. ♋ ♏ ♓, ἡμέρας μὲν ♀: νυκτὸς δὲ ♂.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

DE MASCVLINIS ET FOEMININIS SIGNIS.

MAſculina ſigna ſunt : Aries, Gemini, Leo, Iugum, Sagittarius, Aquarius. Fœminina reliqua: Taurus, Cancer, Virgo, Scorpius, Capricornus, Piſces. Ac vt in ſumma dicam, quæcunq; ſigna à primo Ariete deducta, in imparem numerum deſinunt, maſculina: quæ verò in parem, fœminina cenſeri debent.

De Tropicis Signis.

Tropica ſunt: ♈ ♋ ♎ ♑: *atq; inter hæc æquinoctialia,* ♈ & ♎. *pari numero ſunt fixa, nempe* ♉ ♌ ♏ ♒. *Ac totidem rurſum ſigna bicorporea, quæ ſunt* ♊ ♑ ♐ ♓. *Et vt breuiter dicatur, quæcunq; quaternario ſigna diſtant, naturam eandem habent.*

De Domibus Planetarum.

Domus ſunt: ♈ & ♏, *Martis.* ♉ & ♎, *Veneris.* ♊ & ♍, *Mercurij.* ♋ *Lunæ.* ♌ *Solis.* ♐ & ♓ *Iouis.* ♑ & ♒ *Saturni.*

De Exaltationibus.

Exaltationes: ♈ *Solis,* ♉ *Lunæ,* ♋ *Iouis,* ♑ *Martis,* ♎ *Saturni,* ♍ *Mercurij,* ♓ *Veneris. Quæcunq; verò ſigna ſeptimum ab his locum obtinent, eorundem planetarum ſunt deiectiones.*

De Triangulis.

Triangula: ♈ ♌ ♐, *interdiu quidem, Solis: noctu verò Iouis.* ♉ ♍ ♑, *interdiu Veneris: noctu Lunæ.* ♊ ♎ ♒, *interdiu Saturni: noctu Mercurij.* ♋ ♏ ♓, *interdiu Veneris, noctu Martis.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Προσῳκείωται δέ· τὸ μὲν πρῶτον τρίγωνον, τῷ ἀπηλιώτῃ. τὸ δὲ δεύτερον, νότῳ. τὸ δὲ τρίτον, λιβί. τὸ δὲ τελευταῖον, τῷ βορρᾷ· προσπαθεῖ δὲ καὶ χώραις τὰ ζῴδια. ὁ μὲν ♈, τῇ περσίδι. ὁ δὲ ♉, τῇ βαβυλῶνι. οἱ δὲ ♊, τῇ καππαδοκίᾳ. ὁ δὲ καρκῖνος, τῇ ἀρμενίᾳ. ὁ δὲ ♌, τῇ ἀσίᾳ. ἡ δὲ ♍, τῇ ἑλλάδι. ὁ δὲ ♎, τῇ λιβύῃ. ὁ δὲ ♏, τῇ ἰταλίᾳ. ὁ δὲ ♐, τῇ κρήτῃ. τοῦ ♑, τῇ συρίᾳ ἀπονενεμημένου. τοῦ ♒, τὴν αἴγυπτον λαχόντος. καὶ τῶν ♓, τὴν ἰνδικὴν χώραν προσοικειουμένων.

Περὶ ἀνθρωπείων μελῶν.

Τῶν δὲ ἀνθρωπείων μελῶν, ♈ μὲν τὴν κεφαλὴν ᾠκείωται. ταῦρος δὲ τραχήλου κυριεύει. οἱ δὲ ♊, ἀκρωμίων. τοῦ ♋, τὸ στέρνον κεκληρωμένου. ὁ δὲ ♌, τὸν στόμαχον καὶ τὰς πλευράς. ἡ δὲ ♍ τὴν κάτω κοιλίαν. ὁ δὲ ♎, γλουτῶν δεσποτεύει. ♏ δὲ τὸ αἰδοῖον κέκτηται. ♐ δὲ μηρούς. ♑ γόνατα. ♒ κνήμας. ♓ τοὺς πόδας.

ΠΕΡῚ ἈΝΑΦΟΡΩ͂Ν ΤΩ͂Ν ιβ. ζῳδίων.

Ἀναφέρεται δὲ ἕκαστον τούτων τῶν ζῳδίων, κατ' αἰγυπτίους, ἐν τῷ τρίτῳ κλίματι, ὅ ἐστι δι' ἀλεξανδρείας· ὁ μὲν ♈ καὶ οἱ ♓, ἐν ὥρᾳ α. κ'ϛ. μ''. χρόν. κα. μ'. ὁ δὲ ♉ καὶ ὁ ♒, ἐν ὥρᾳ α. μ'. χρό. κε. οἱ δὲ ♊ καὶ ὁ ♑, ἐν ὥρᾳ, α. ν'γ. κ''. χρόν. κη. κ'. ὁ δὲ ♋ καὶ ὁ ♐, ἐν ὥραις β. ϛ'. μ''. χρόν. λα. μ'. ὁ ♌ καὶ ὁ ♏ ἐν ὥραις β. κ'. χρόν. λε. ἡ δὲ ♍ καὶ ὁ ♎, ἐν ὥραις β. λ'γ. μ''. χρόν. λη. κ'.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ τὴν τῶν ιβ. ζῳδίων ἀποκλήρωσιν, πρὸς τὰς ἐγκειμένας χώρας, ἐφ' ἑκάστης γενέσεως, ὅταν ἐξετάζωμεν περὶ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

De Ventis.

Familiaritate coniunctum eſt primum triangulum Subſolano, ſecundum Auſtro, tertium Africo, poſtremum Aquiloni. Conſentiunt verò ſigna regionibus quoq; in terra: ♈ Perſiæ, ♉ Babyloniæ, ♊ Cappadociæ, ♋ Armeniæ, ♌ Aſiæ, ♍ Græciæ, ♎ Africæ, ♏ Italiæ, ♐ Cretæ, Capricorno Syriæ attributo, ♒ ſortiente AEgyptum, & ♓ cum Indica regione cognationem habentibus.

De Humanis membris.

Ex membris humanis, ♈ capiti eſt familiaris: ♉ dominatur collo: ♊ humeris. ♋ ſortitus eſt pectus: ♌ ventriculum & coſtas: ♍ ventrem inferiorem: ♎ dominatur natibus: ♏ poſſidet pudenda: ♐ femora: ♑ genua: ♒ tibias: ♓ pedes.

DE ASCENSIONIBVS XII ſignorum.

Aſcendit vnumquodq; horum ſignorum, apud AEgyptios, in tertio climate, quod per Alexandriam tranſit: ♈ quidem & ♓, hora 1. 26′. 40″. temporibus 21. 40′. ♉ verò & ♒, hora 1. 40′. temporibus, 25. ♊ & ♑, hora 1. 53′. 20″: temporibus, 28. 20′. ♋ & ♐, horis 2. 6′. 40″: temporibus, 31. 40′. ♌ & ♏, horis 2. 20′. temporibus, 35. ♍ deniq; & ♎, horis 2. 33′. 20″. temporibus, 37. 20′.

Conſiderandum autem eſt, quæ ex 12 ſignis, quas terras ſubiectas ſorte quaſi acceperint, in qualibet genitura: vbi quæſtionem inſtituerimus de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

πράξεως, ἢ καθ' ἀρχῆς, ἢ κατὰ στάσεως βίου, ξενητείας τε καὶ κτήσεως, καὶ δόξης ἢ ὠφελείας, πρὸς τὸ συμπαθῶς ἔχειν. Ὅταν σκεπτώμεθα γένεσιν, καὶ ἔχῃ τὴν ☽ ἢ τὸν ὡροσκόπον ὑδροχόου, τῶν ἀγαθοποιῶν καὶ τῶν τῆς αἱρέσεως ἀστέρων, ἐν τοῖς ἐπικέντροις τόποις τῆς γενέσεως κεχρηματικότων, ἢ ἐν τοῖς τοῦ ♒ τριγώνοις εὑρεθέντων, λέγω δὲ ♊, ἢ ζυγῷ: λέγομεν, τὴν γένεσιν ἐν τῇ αἰγύπτῳ τὰ πλεῖστα μᾶλλον εὐημερεῖν, κατὰ τὸν τῆς συμπαθείας λόγον: διὰ τὸ τὸν ♒ τῇ αἰγύπτῳ προσοικειοῦσθαι.

Περὶ τῶν ὁρίων.

Περὶ ὁρίων, ὧν ἐκληρώθησαν οἱ περιπολοῦντες ἀστέρες ἐν τοῖς ιβ ζωδίοις; διὰ τὸ χαίρειν αὐτοὺς, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰδίων ζωδίων, ἐπὶ τούτων τῶν μοιρῶν εὑρισκομένους. Ἔχει δὲ τὴν τάξιν, ἐν κανονικῇ ἐκθέσει, ὡς ὑπογέγραπται. ὥσπερ γὰρ χαίρει ὁ ἀστὴρ τῷ ζωδίῳ τοῦ τριγώνου αὐτοῦ, καὶ τῷ οἴκῳ, καὶ τῷ ὑψώματι: οὕτω καὶ τοῖς ἐν ἑκάστῳ ζωδίῳ οἰκείοις ὁρίοις.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

actionibus ſeu opificio nati, de eius principatu, de vitæ conditione, deq́ peregrinatione, & fortunis ac bonis, & gloria, & commodis, vt nimirum conſenſus naturæ inueſtigetur. Veluti cùm aſpexerimus genituram, quæ habuerit ☽ aut aſcendentem zodiaci partem in aquario, beneficis & conditionarijs ſtellis in locis genituræ cardinalibus conſtitutis, aut in trigonis aquarij, ſcilicet ♊ aut ♎: eam dicimus in AEgypto pleraq́ magis proſpera & felicia habituram, ob naturalem conuenientiam: quia aquarius AEgypto familiaris & amicus eſt.

DE FINIBVS.

De finibus nunc dicendum eſt, qui Planetis obtigerunt in duodecim ſignis: propterea, quòd in his partibus reperti non aliter gaudent, atq́ in ſignis propriis. Ordo verò illorum eſt expoſitus in tabella infrà ſcripta. Sicut enim gaudet ſtella tenens ſignum ſui trianguli, & domum atq́ exaltationem ſuam: ita & proprios fines occupans, in quolibet Signo.

TABV-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

ΚΑΝΩΝ ΤΩΝ
ὉΡΊΩΝ.

Κατ' αἰ-
γυπτίους
τὰ τοιαῦ-
τα ὅρια.
ἔχουσι δὲ καὶ
μοιριασ-
μοὺς, οὓς
ὁ πτολε-
μαῖος, τὰ
τοιαῦτα
ἐκτιθεὶς,
οὐ παρα-
τίθεται.

Κριοῦ ♈			Ταύρου. ♉			Διδύμων. ♊			Καρκίνου. ♋		
ἀστέρες	μοῖραι		ἀστέρες	μοῖραι		ἀστέρες	μοῖραι		ἀστέρες	μοῖραι	
♃	ϛ	ϛ	♀	η	η	☿	ϛ	ϛ	♂	ζ	ζ
♀	ϛ	ιβ	☿	ϛ	ιδ	♃	ϛ	ιβ	♀	ϛ	ιγ
☿	η	κ	♃	η	κβ	♀	ε	ιζ	☿	ϛ	ιθ
♂	ε	κε	♄	ε	κζ	♂	ζ	κδ	♃	ζ	κϛ
♄	ε	λ	♂	γ	λ	♄	ϛ	λ	♄	δ	λ
λέοντος ♌			παρθένου. ♍			ζυγοῦ. ♎			σκορπίου ♏.		
ἀστέρες	μοῖραι		ἀστέρες	μοῖραι		ἀστέρες	μοῖραι		ἀστέρες	μοῖραι	
♃	ϛ	ϛ	☿	ζ	ζ	♄	ϛ	ϛ	♂	ζ	ζ
♀	ε	ια	♀	ι	ιζ	☿	η	ιδ	♀	δ	ια
♄	ζ	ιη	♃	δ	κα	♃	ζ	κα	☿	η	ιθ
☿	ϛ	κδ	♂	ζ	κη	♀	ζ	κη	♃	ε	κδ
♂	ϛ	λ	♄	β	λ	♂	β	λ	♄	ϛ	λ
τοξότου ♐			αἰγοκέρωτος ♑			ὑδροχόου ♒.			ἰχθύων. ♓.		
ἀστέρες	μοῖραι		ἀστέρες	μοῖραι		ἀστέρες	μοῖραι		ἀστέρες	μοῖραι	
♃	ιβ	ιβ	☿	ζ	ζ	☿	ζ	ζ	♀	ιβ	ιβ
♀	ε	ιζ	♃	ζ	ιδ	♀	ϛ	ιγ	♃	δ	ιϛ
☿	δ	κα	♀	η	κβ	♃	ζ	κ	☿	γ	ιθ
♄	ε	κϛ	♄	δ	κϛ	♂	ε	κε	♂	θ	κη
♂	δ	λ	♂	δ	λ	♄	ε	λ	♄	β	λ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

TABVLA FI-
NIVM.

Arietis ♈			*Tauri* ♉			*Geminorū* ♊			*Cancri* ♋		
ſtellæ	*par.*		*ſtellæ*	*par.*		*ſtellæ*	*par.*		*ſtellæ*	*par.*	
♃	6	6	♀	8	8	☿	6	6	♂	7	7
♀	6	12	☿	6	14	♃	6	12	♀	6	13
☿	8	20	♃	8	22	♀	5	17	☿	6	19
♂	5	25	♄	5	27	♂	7	24	♃	7	26
♄	5	30	♂	3	30	♄	6	30	♄	4	30

Leonis ♌			*Virginis* ♍			*Iugi* ♎			*Scorpij* ♏		
ſtellæ	*par.*		*ſtellæ*	*par.*		*ſtellæ*	*par.*		*ſtellæ*	*par.*	
♃	6	6	☿	7	7	♄	6	6	♂	7	7
♀	5	11	♀	10	17	☿	8	14	♀	4	11
♄	7	18	♃	4	21	♃	7	21	☿	8	19
☿	6	24	♂	7	28	♀	7	28	♃	5	24
♂	6	30	♄	2	30	♂	2	30	♄	6	30

Sagittarij ♐			*Capricor.* ♑			*Aquarij* ♒			*Piſcium* ♓		
ſtellæ	*par.*		*ſtellæ*	*par.*		*ſtellæ*	*par.*		*ſtellæ*	*par.*	
♃	12	12	☿	7	7	☿	7	7	♀	12	12
♀	5	17	♃	7	14	♀	6	13	♃	4	16
☿	4	21	♀	8	22	♃	7	20	☿	3	19
♄	5	26	♄	4	26	♂	5	25	♂	9	28
♂	4	30	♂	4	30	♄	5	30	♄	2	30

Sunt hi fines ſecundum Aegyptios. Habent verò et partium diſtributiones additas, quas Ptolemæus, cùm fines exponit, non adijcit.

Διὰ γὰρ τῶνδε τῶν ὁρίων, οἱ σοφοὶ τῶν αἰγυπτίων ἐτεκμήραντο τὸν περὶ οἰκοδεσποτείας λόγον: ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ περὶ χρόνων ζωῆς συνίσταται. καὶ γὰρ κατὰ ἀναλογίαν, εἰς συμπλήρωσιν τῶν τξ μοι. τοῦ ζωοφόρου κύκλου, ὁ τῶν ὁρίων ἀριθμὸς ἀπήρτισται: τῇ ποσότητι τῶν μοι. ἧς καθ᾽ ἕκαστον ζώδιον, ἕκαστος τῶν ἀστέρων ἐκληρώσατο τὸν ἀριθμὸν, τὰ τέλεια τῆς ζωῆς ἔτη διδοῦσης. ἐπὶ μὲν ♄, νζ. ♃, οθ. ♂, ξς. ♀, πβ. ☿, ος. τούτων δὲ τῶν ἐτῶν δοτῆρες γίνονται (λέγω δὲ τῶν τῆς ζωῆς χρόνων) ὅταν ἐπὶ γενέσεως καλῶς καὶ οἰκείως κεχρηματικότες, τὸν περὶ οἰκοδεσποτείας λόγον κληρώσωνται.

Ἐρεῖ δέ τις, καὶ δι᾽ ἣν αἰτίαν ὁ ☉ καὶ ἡ ☾ ἀλλότριοι τῆς τῶν ὁρίων δεσποτείας ἐγένοντο; ὅτι τῶν ὅλων ἄρχουσι, καὶ βασιλεῖς τῶν πάντων ὑπάρχοντες, τὸ ἐξουσιαστικὸν τοῦ παντὸς καὶ ἐπικράτησιν εἰλήφασι. Καὶ γὰρ ἐὰν ὁ ☉ ἐπὶ γενέσεως τὸν περὶ χρόνων ζωῆς κληρώσηται, καὶ καλῶς κείμενος κατ᾽ ἐπικράτησιν χρηματίσας εὑρεθῇ: δίδωσι τὰ τέλεια τῆς ζωῆς ἔτη, ρκ,

ΕἸΣ ΤῸ ΠΕΡῚ ΧΡΌΝΩΝ ζωῆς.

Ὅταν ὁ οἰκοδεσπότης τῆς γενέσεως καλῶς κείμενος ᾖ, τότε δίδωσιν οὗτος τὰ τῆς ζωῆς ἔτη. τῆς γενέσεως δὲ οἰκοδεσπότης ἐστὶν, ὃς ἐπίκεντρος εὑρεθεῖ, ἐν ὁρίοις οἰκείοις, ἢ ὑψώματι, καὶ ἐν τριγώνῳ οἰκείῳ, καὶ οἴκῳ: καὶ ἁπλῶς, ὃς ἔχει τῶν πέντε, οἰκοδεσποτείας ἢ πάσας ἢ τινὰς, καὶ μὴ ὑποποδίζει, μήτε ὕπαυγός ἐστι: μᾶλλον δὲ, ὅστις πλείονας λόγους ἔχει, ἡμερινῆς μὲν γενέσεως οὔσης, πρός τε ☉ καὶ τὸν ὡροσκόπον: νυκτερινῆς δὲ, πρὸς ☾ καὶ τὸν κλῆρον τῆς τύχης.

Σχόλιον.

Πέντε ὄντων τῶν τῆς οἰκοδεσποτείας τρόπων, ἔστιν εἷς καὶ ὁ τῶν ὁρίων. ἡ γὰρ συναγωγὴ ἑκάστου τῶν ἀστέρων, ἀφ᾽ ἑνὸς ἑκά-

στου ζω-

His finibus ſapientes AEgyptiorum uſi, conſtituerunt doctrinam de dominio planetarum in genitura: vnde & quæ de temporibus vitæ eſt, extruitur. Nam ſecundum proportionem, per totum ſigniferi ambitum, qui 360. partibus completur, numerus finium diſtributus eſt. Et partium numerus, qui per ſingula zodiaci ſigna collectus, vnicuiq; planetæ debetur, perfectos vitæ annos largitur: In Saturno 57, in Ioue 79. in Marte 66, in venere 82, in Mercurio 76. Hoſce verò annos, (quæ tempora ſunt vitæ) donant planetæ, cùm in genitura benè & conuenienter poſiti, principatum obtinuerint.

Sed dixerit aliquis: quare ☉ & ☽ à dominio finium excluduntur? Cauſa eſt, quia vniuerſis præſunt, & cùm reges ſint omnium, poteſtatem etiam in omnia ob excellentiam acceperunt. Quando enim ☉ in genitura gubernauerit vitæ tempora, & benè collocatus, ob dignitatem præcipuam imperium tenuerit: perfectos dat vitæ annos 120.

IN ID, QVOD DICTVM EST, de temporibus vitæ.

Dominus genituræ feliciter ſitus, dat vitæ annos. Eſt autem dominus genituræ, qui reperitur in cardine cœli, in finibus proprijs, aut exaltatione, & in triangulo proprio, & domo: & ſimpliciter, qui ex quinq; dominationibus vel dignitatibus, aut omnes habet, aut aliquas, nec retrogradus eſt, neq; ſub radijs. Magis verò, qui plures reſpectus habet, in natiuitate quidem diurna, ad ☉ & Horoſcopum: in nocturna verò, ad ☽ & ſortem fortunæ.

Scholion.

Cum 5 ſint modi dominationis planetarum, vnus quoque eſt, qui è finium dignitate ſumitur. Numerus enim vniuſcuiuſque planetæ, per ſin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

τοῦ ζωδίου, εἰς ποσότητα περιεσταμένην τινά: δηλοῖ τοὺς χρόνους, ὅσους εἰς ἕκαστος τῶν πέντε πλανωμένων δίδωσιν.

ΠΕΡῚ ὯΝ ἘΠΈΧΟΥΣΙ ΚΑΤᾺ ΔΕ-καν ὸν προσώπων, ἐν τοῖς ιβ ζωδίοις, οἱ ζ ἀστέρες.

Τὰ δὲ κατὰ ζώδιον ἐκ τῆς δεκανικῆς διαμορφώσεως τῶν ἑπτὰ ἀστέρων πρόσωπα, ἐν οἷς χαίρουσιν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰδίων οἰκητηρίων, πραγματεύεσθαι δεήσει, τάξει τῇ κατὰ τὴν ἑπτάζωνον, δι' ἧς ὁ πολεύων καὶ διέπων καταλαμβάνεται: τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ κριοῦ ποιουμένους, καὶ συγκαταριθμοῦντας ἑκάστῳ μοι. ι. ἕως τοῦ ζητουμένου ἀστέρος. λέγω δὲ ♂ τὸν πρῶτον δεκανὸν πάντοτε, ἐπεὶ καὶ οἶκος αὐτοῦ δὴ τοῦ ♂ ὁ ♈. τοῦ δὲ ☉ κατὰ τὴν τάξιν τοῦ πολεύοντος καὶ διέποντος, τὸν β. ♀ δὲ τὸν γ. εἶτα ἑξῆς ἐπὶ τοῦ ♉, τῷ τοῦ ☿ ἀστέρι δοτέον. εἶτα ☾. εἶτα ♄. ἐπὶ δὲ τῶν ♊, τὸν α τῷ ♃. τὸν β, τῷ ♂. τὸν γ, τῷ ☉. καὶ ἑξῆς, ὡς ἔχει τὰ λοιπά, ἀκολούθως τῷ τῆς ἑπταζώνου ἀριθμῷ. πρὸς δὲ τὸ συντόμως εὑρεῖν τὸ τοῦ ζητουμένου ἀστέρος πρόσωπον, ἐποιησάμεθα καὶ τούτων κανονικὴν ἔκθεσιν, ὡς ὑπογέγραπται.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

gula ſigna collectus, & accumulatus, oſtendit maximos vitæ annos, quos quinq; planetarum ſinguli tribuunt.

DE FACIEBVS, QVAS VT DECANI, in 12 ſignis obtinent 7 planetæ.

Facies ſeptem planetarum, in quibus gaudent, tanquam in domicilijs proprijs, per ſingula ſigna, ex denaria horum diſtributione colligere oportebit, ſecundum ordinem ſeptem orbium planetarum, quo ordine & domini dierum, horarumq; præſides eliguntur: Ita vt initium fiat ab ♈, & numerando attribuantur cuilibet planetæ, partes 10, donec ad eum, de quo quæritur, perueniatur. Sic dico, Martem omninò primum eſſe Decanum, quoniam domus ipſius eſt ♈: Solem, iuxta ordinem domini diei & horarum, eſſe ſecundum: ♀, tertium. Deindè in ♉, ſtellæ Mercurij idem munus aſſignandum eſt. Poſtea Lunæ: mox Saturno. In ♊ verò primas Decani partes tribuo Ioui, ſecundas Marti, tertias ☉li, & ſic deinceps, vt cætera ſequuntur, ſecundum numerum 7 orbium planetarum. Sed vt breuiter inueniri poſſit datæ ſtellæ facies, hac etiam de re tabellam confecimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

κριοῦ		ταύρου		διδύμων		καρκίνου	
μοι.	ἀστέ.	μοι.	ἀστέ.	μοι.	ἀστέ.	μοι.	ἀστέ.
ι	♂	ι	☿	ι	♃	ι	♀
κ	☉	κ	☽	κ	♂	κ	☿
λ	♀	λ	♄	λ	☉	λ	☽
λέοντος		παρθένου		ζυγοῦ.		σκορπίου.	
μοι.	ἀστέ.	μοι.	ἀστέ.	μοι.	ἀστέ.	μοι.	ἀστέ.
ι	♄	ι	☉	ι	☽	ι	♂
κ	♃	κ	♀	κ	♄	κ	☉
λ	♂	λ	☿	λ	♃	λ	♀
τοξότου		αἰγόκερω		ὑδροχόου		ἰχθύων	
μοι.	ἀστε.	μοι.	ἀστέ.	μοι.	ἀστέ.	μοι.	ἀστέ.
ι	☿	ι	♃	ι	♀	ι	♄
κ	☽	κ	♂	κ	☿	κ	♃
λ	♄	λ	☉	λ	☽	λ	♂

ΣΧΌΛΙΌΝ.

Πρῶτος ὁ ♂ λαμβάνει ἐν τῷ ♈, ὡς οἰκοδεσπότης, μοι. δεκανικὰς, τρίτος ὢν ἀπὸ τοῦ ♄, πρώτου ὄντος ἐν τῇ κατὰ τὴν ἑπτάζωνον τάξει. λέγομεν γὰρ οὕτως: ἐν τῇ πρώτῃ ζώνῃ, ἐστιν ὁ ♄. ἐν τῇ β. ὁ ♃. καὶ καθεξῆς, οἱ λοιποί. μετὰ δὲ τὸν ♂, λαμβάνει ὡς β. ὁ ☉, τέταρτος ὢν τῇ τάξει, ὡς εἴπομεν. εἶτα ἡ ♀ τρίτη, πέμπτον κατὰ ταύτην ἔχουσα τόπον. μετὰ δὲ τοῦτον, ὁ τοῦ ☿ ἀπ' ἀρχῆς τοῦ ♉, ἕκτην ἔχων τὴν τάξιν. μετ' αὐτὸν ἡ ☽. εἶτα πάλιν, ὡς ἀπ' ἀρχῆς, ὁ ♄: μέχρις οὗ συμπληρωθεῖ ἡ ἑπτάζονος κάθοδος καὶ τάξις. καὶ ἐπανακυκλοῦσι τοιουτοτρόπως οἱ ζ πλάνητες, εἰς τὰς δεκανικὰς μοι. τῶν ιβ ζωδίων. ἀπὸ γὰρ τοῦ ♂ τῆς ἀρχῆς γενομένης, γέγονεν ἡ περίοδος, ἄχρι τοῦ ζ μοι. ἥτις ἐπιβάλλει τῷ ♃. καὶ ἐπεὶ μετὰ

τοῦτον

Arietis		Tauri		Geminorum		Cancri	
par.	ſtellæ	par.	ſtellæ	par.	ſtellæ	par.	ſtellæ
10	♂	10	☿	10	♃	10	♀
20	☉	20	☽	20	♂	20	☿
30	♀	30	♄	30	☉	30	☾
Leonis		Virginis		Libræ		Scorpij	
par.	ſtellæ	par.	ſtellæ	par.	ſtellæ	par.	ſtellæ
10	♄	10	☉	10	☽	10	♂
20	♃	20	♀	20	♄	20	☉
30	♂	30	☿	30	♃	30	♀
Sagittar.		Capricor.		Aquary		Piſcium	
par.	ſtellæ	par.	ſtellæ	par.	ſtellæ	par.	ſtellæ
10	☿	10	♃	10	♀	10	♄
20	☽	20	♂	20	☿	20	♃
30	♄	30	☉	30	☽	30	♂

SCHOLION.

Primus ♂ accipit in ♈, tanquam dominus domus, partes denarias, cùm tertius ſit à ♄, qui primus eſt in ordine 7 zonarum vel orbium cœleſtium. Dicimus enim ſic: In prima zona eſt ♄, in ſecunda ♃, atq; ſic ordine deinceps cæteri. Poſt Martem, ſecũdus partes denarias accipit ☉, qui quartus eſt in ordine, de quo diximus. Deinde ♀ tertia, quintum ſecundùm hæc habens locum. Poſt hanc ☿ in principio ♉, habens locum ſextum. Quem ſequitur ☽. Poſt rurſus, vt ab initio, ♄ ſuccedit, donec compleatur ſeptenarius deſcenſus & ordo. Et hoc modo iterant planetæ, quaſi orbe facto, ingreſſum in denas 12 ſignorum partes. Nam ſumto initio à ♂, progreſſus factus eſt, vſq; ad ſeptimam decadem, quæ debetur ♃. Et quoniã poſt hunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

τοῦτον ὁ ♂ ἐστὶν, ὡς ἀπ' ἀρχῆς ἑτέρας, τῷ ♂ πάλιν ἡ η. μοι. ἀπονενέμηται, καὶ ἐφεξῆς μέχρι τῆς ιδ. μετὰ δὲ ταύτην, πάλιν ὁ ♂ ἔχει τὴν ιε, καὶ ἐφεξῆς.

Περὶ ἧς δεσπόζουσιν οἱ ζ ἀστέρες μονομοιρίας κατὰ ζώδιον.

Τὴν δὲ τῶν ἀστέρων μονομοιρίαν, πραγματευτέον, ἑπομένως τῷ κατὰ τὴν ἑπτάζωνον λόγῳ. τὴν α μοι. ἐκείνου τοῦ ἀστέρος λογιζομένους, οὗ ἐστι τὸ ζώδιόν ἐστι. τὴν δὲ δευτέραν, τῷ μετ' αὐτὸν, τῇ τάξει τῆς ἑπταζώνου. καὶ οὕτως ἐφεξῆς, ἕως ἂν καταντήσῃς εἰς τὴν μοι. ἣν ἔχει ὁ ἀστὴρ, συμπεριλαμβάνοντί σοι καὶ τὰ λεπτὰ, ὡς μοι., α. ἐὰν γὰρ τυχὸν ὁ ♂, ε. ἢ ι λεπτὰ τῆς πρώτης μοι. ἐπέχει ν, ὡς ὅλην μίαν μοι. ἡγήσῃ ταῦτα. ὡσαύτως καὶ ἐὰν ἄλλος ἀστὴρ ἐπέχει ταῦτα, φήσεις, ἐν μονομοιρίᾳ ἄρεος τὸν ἀστέρα εἶναι. διάγραμμα δὲ κανονικὸν καὶ τούτου ὑπετάξαμεν.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

hunc ♂ *ſequitur, huic iterum, tanquam altero initio facto, octaua decas attribuatur, progrediendo vſq; ad decimam quartam. Poſt quam rurſum* ♂ *obtinuit decimam quintam, & ſic deinceps.*

De diſtributione ſignorum in partes ſingulas, in quibus 7 ſtellæ dominantur.

Diſtributio ſingularum partium pro planetis, ſerie continua facienda eſt, ſecundum ordinem ſeptem orbium cœleſtium, ita vt prima pars ei ſtellæ attribuatur, cui & ſignum debetur: ſecunda verò ei, quæ hanc ſequitur in ordine orbium, & ſic deinceps: donec perueneris ad partem, quam ſtella data poſſidet, aſſumens ſimul minuta, eaq; computans pro parte vna integra. Si enim fortè Mars 5 aut 10 minuta tenuerit primæ partis Arietis, tanquam integram hæc partem cenſebis. Similiter ſi eadem minuta & alia ſtella obtinuerit, dices, in monomæria Martis eam ſtellam conſtitutam eſſe. Deſcriptionem huius quoq; rei in tabula ſubiunximus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

μοι.	♈♏	♉♎	♊♍	♐♓	♑♒	♋♌
α	♂	♀	☿	♃	♄	☉
β	☉	☿	☾	♂	♃	♀
γ	♀	☾	♄	☉	♃	☿
δ	☿	♄	♃	♀	☉	☾
ε	☾	♃	♂	☿	♀	♄
ϛ	♄	♂	☉	☾	☿	♃
ζ	♃	☉	♀	♄	☾	♂
η	♂	♀	☿	♃	♄	☉
θ	☉	☿	☾	♂	♃	♀
ι	♀	☾	♄	☉	♂	☿
ια	☿	♄	♃	♀	☉	☾
ιβ	☾	♃	♂	☿	♀	♄
ιγ	♄	♂	☉	☾	☿	♃
ιδ	♃	☉	♀	♄	☾	♂
ιε	♂	♀	☿	♃	♄	☉
ιϛ	☉	☿	☾	♂	♃	♀
ιζ	♀	☾	♄	☉	♂	☿
ιη	☿	♄	♃	♀	☉	☾
ιθ	☾	♃	♂	☿	♀	♄
κ	♄	♂	☉	☾	☿	♃
κα	♃	☉	♀	♄	☾	♂
κβ	♂	♀	☿	♃	♄	☉
κγ	☉	☿	☾	♂	♃	♀
κδ	♀	☾	♄	☉	♂	☿
κε	☿	♄	♃	♀	☉	☾
κϛ	☾	♃	♂	☿	☿	♄
κζ	♄	♂	☉	☾	☿	♃
κη	♃	☉	♀	♄	☾	♂
κθ	♂	♀	☿	♃	♄	☉
λ	☉	☿	☾	♂	♃	♀

partes	♈ ♏	♉ ♎	♊ ♍	♐ ♓	♑ ♒	♋ ♌
1	♂	♀	☿	♃	♄	☉
2	☉	☿	☽	♂	♃	♀
3	♀	☽	♄	☉	♂	☿
4	☿	♄	♃	♀	☉	☽
5	☽	♃	♂	☿	♀	♄
6	♄	♂	☉	☽	☿	♃
7	♃	☉	♀	♄	☽	♂
8	♂	♀	☿	♃	♄	☉
9	☉	☿	☽	♂	♃	♀
10	♀	☽	♄	☉	♂	☿
11	☿	♄	♃	♀	☉	☽
12	☽	♃	♂	☿	♀	♄
13	♄	♂	☉	☽	☿	♃
14	♃	☉	♀	♄	☽	♂
15	♂	♀	☿	♃	♄	☉
16	☉	☿	☽	♂	♃	♀
17	♀	☽	♄	☉	♂	☿
18	☿	♄	♃	♀	☉	☽
19	☽	♃	♂	☿	♀	♄
20	♄	♂	☉	☽	☿	♃
21	♃	☉	♀	♄	☽	♂
22	♂	♀	☿	♃	♄	☉
23	☉	☿	☽	♂	♃	♀
24	♀	☽	♄	☉	♂	☿
25	☿	♄	♃	♀	☉	☽
26	☽	♃	♂	☿	♀	♄
27	♄	♂	☉	☽	☿	♃
28	♃	☉	♀	♄	☽	♂
29	♂	♀	☿	♃	♄	☉
30	☉	☿	☽	♂	♃	♀

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΔΥΟΦΩΣΤΗΡΩΝ ΑΙ-ρέσεως:

⊕ *Sicut enim partes à Sole uſq; ad Lunam, numeramus ſecundùm ſignorum ordinem: ſic etiam eas, quæ ab Aſcendente, donec compleantur partes, quæ à Sole ſunt uſq; ad Lunam: has enim ab Aſcendente percenſeo. Aſcendentis verò 11 addo ad 330, non quaſi ipſæ quoq; ſint partis fortunæ: ſed ut expeditior ſit dimiſſio vel numeratio, à principio ſigni Leonis.*

* *Combuſta dicitur ſtella, quando intra 15 partes eſt à Sole. Cùm verò 15 ſuperaverit, non ampliùs combuſta nominatur.*

De duodecim domiciliorum cœli, quaſi in tabella facta, expoſitione.

Duodecim locorũ aut domiciliorũ, quæ ad omnẽ eventũ prædictionẽ aſſumuntur, principium et fundamentũ eſt pars aſcendens, per quã, quæ ad hominẽ pertinent, deprehenduntur uni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

βάνονται. ζωῆς γὰρ καὶ πνεύματος ὁ ὡροσκόπος δοτὴρ καθέστηκεν· ὅθεν οἴαξ καλεῖται. σημαίνει δὲ τὴν τῆς νεότητος ἡλικίαν, ἥτις ἐστὶ πρώτη. καὶ ἐν αὐτῇ, εἴτε τὴν τῶν φαύλων, εἴτε τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐνέργειαν ἀποδείκνυσιν. ἐν δὲ † τούτῳ τῷ τόπῳ μόνος ὁ τοῦ ☿ ἀστὴρ παρὰ πάντας τοὺς ἀστέρας χαίρει. ἐπὰν δέ τις τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων, ἢ τῶν φώτων, ἢ ὁ τοῦ ☿ ἀστὴρ ἐπὶ τοῦ ὡροσκόπου σχηματίσῃ, δίχα τῆς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων σχηματογραφίας, ζώσιμον καὶ τρόφιμον τὸ γεννώμενον ἔσται, καὶ ἐν εὐτυχίᾳ τὸν βίον διατελέσει. ἐπὰν δὲ τις τῶν κακοποιῶν ἀστέρων ὡροσκοπήσῃ, καὶ τὸν ☉ ἢ τὴν ☾ καταπλεύσῃ· ἄτροφα ἢ ὀλιγοχρόνια ἢ σεσινωμένα ἢ ἐμπαθῆ, ἢ ἐν ὀρφανίᾳ διατελοῦντα, τὰ γεννώμενα ἔσται.

† Εὑρεθεὶς ἐν αὐτῷ, μὴ ὢν ὑπαύγος· τότε γὰρ τὰ μέγιστα ἀγαθὰ τῇ γενέσει πορίζει· ὡσαύτως δὲ κἂν μὴ αὐτὸς ᾖ, ἕτερος δέ τις τῶν ἀγαθοποιῶν. εἰ μέντοι ἢ κακῶς σχηματίζεται ὁ ☿, ἐκεῖσε ὢν, ὑπὸ ♄ ἢ ὑπὸ ♂ βαλλόμενος κατὰ σχῆμα· ἢ εἷς τούτων ἐκεῖσε εὑρεθῇ, καὶ τὸν ☉ ἢ τὴν ☾ σχηματίσει· τἀναντία συμβήσεται.

Τὸ δὲ β. ἀπὸ ὡροσκόπου καλεῖται βίος, καὶ ᾅδου πύλη, καὶ ἐπαναφορὰ τοῦ ὡροσκόπου. ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ τὸν περὶ πράξεως λόγον σημαίνει· διὰ τὸ σύμφωνον αὐτὸ εἶναι, * καὶ εὐώνυμον τρίγωνον, τῷ μεσουρανοῦντι. ἐν τούτῳ δὲ τῷ ζωδίῳ οἱ ἀγαθοποιοὶ ἀστέρες ἐπιτρέχοντες, κατὰ τὴν τῶν χρόνων πρόβασιν τὰς εὐτυχίας ἀποτελοῦσιν. ὅτε δὲ καὶ κληρονόμους ἀλλοτρίων δεικνύουσιν. ὁ γὰρ τόπος, ἀγαθῶν ἐλπίδων δοτὴρ καθέστηκεν. οἱ δὲ κακοποιοὶ ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου ὑπάρχοντες, ἔκπτωσιν βίου καὶ χρημάτων ἀποβολὰς δεικνύουσιν, καὶ τὸ παράπαν δυσπεριλήπτους· ὅτε δὲ καὶ μετανάστας ποιοῦσιν.

* Καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ μεσουρανήματος, μέχρι τοῦ β τόπου, πέντε ζώδια εἰσὶν, ἐν οἷς τὸ τρίγωνον θεωρεῖται. ὥστε τὸ μεσουρανοῦν

πρὸς

verſa. Vitam enim & ſpiritum donat pars illa, unde clauus aut gubernaculum appellatur. Significat iuventutem, quæ eſt ætas prima: & in hac bonorum aut malorum efficientiam pollicetur. Gaudet in hoc loco † Mercurius præ omnibus aliis ſtellis. Quando verò alterutra beneficarum, aut luminare alterutrũ, aut ſtella Mercurij, partem aſcendentem occupaverit, etiam ſine beneficarum configuratione: Vitale & vegetum erit, quod natum eſt, & in felicitate vitam tranſiget. Sin malefica ſtella in Aſcendente fuerit, & Solem aut Lunam aſpexerit: quæ genita ſunt, non nutrientur, aut brevi certè tempore vivent, aut membris corporis læſa morbisve afflicta erunt, aut in orbitate vitam degent.

† *Repertus in eo non combuſtus. Tunc enim maxima bona dat in genitura. Similiter, etiamſi ipſe non ſit, ſed alius quidã beneficorum. Sin verò aut malè ibi configuretur Mercurius, petitus à Saturno vel Marte, hoſtili radio: aut alter maleficorum ibi reperiatur, ſolemq; aut Lunam aſpiciat: contraria evenient.*

*SECVNDVM ab aſcendente domicilium vocatur vitæ, & Plutonis porta, & ſuccedens horoſcopo. Interdum & actiones vitæ denotat, propterea quod è ſiniſtro * trigono cum medio cœli concordat. In hoc ſigno beneficæ ſtellæ repertæ, hæredes ſignificant extraneorum bonorum. Nam hic locus ſpes bonas pollicetur. At maleficæ in hoc conſtitutæ, iacturam nunciant rei familiaris, & pecuniarum effuſiones, & in ſumma egenos interdum atq; exules faciunt.*

* *Nam à medio cœli uſq; ad ſecundum locum, ſunt 5 ſigna, intra quæ trigonus aſpectus exiſtit. Quare medium cœli*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

πρὸς τὸν β τόπον, τρίγωνον σχῆμα ἐστίν. ἔστι δὲ τὸ μεσουρανοῦν, εἰς τὰ ἡγούμενα: τὸ δὲ β, εἰς τὰ ἑπόμενα: διὸ καὶ εὐώνυμον λέγεται.

Τὸ δὲ γ ἀπὸ ὡροσκόπου, χρημάτων ἐστὶ περιποιητικόν. σημαίνει δὲ καὶ τὸν περὶ ἀδελφῶν λόγον. καλεῖται δὲ θεά, τόπος ☾, καὶ ἀγαθὸν † ἀπόκλιμα. τὸν δὲ περὶ φιλίας ἢ πατρωνίας κεκλήρωται τόπον. ὅτε δὲ καὶ ξενιτείας περαίτερος γίνεται, ὅτι διάμετρον τοῦ περὶ θεῶν ζωδίου τέτευχε, τοῦ σημαίνοντος τὸν περὶ ξενιτείας λόγον. ἐν δὲ τούτῳ τῷ ζωδίῳ ἡ ☾ μόνη παρὰ πάντας τοὺς ἀστέρας χαίρει. ἐπὰν δὲ ἀγαθοποιοὶ ἀστέρες, τῆς αἱρέσεως ὄντες, ἐκεῖσε χρηματίσωσιν: ἐπαύξησιν βίου καὶ χρημάτων περίκτησιν, καὶ τὸν περὶ ἀδελφῶν καὶ φίλων λόγον, ἐπωφελῆ καὶ συμπαθέστερον ἀποδεικνύουσι. ποιοῦσι δὲ καὶ πολυφίλους, καὶ πολυγνώστους, καὶ πολυαδέλφους: καὶ τὰς παρὰ φίλων ἢ ἀδελφῶν χάριτας ἢ δωρεάς, παρέχουσιν. οἱ δὲ κακοποιοὶ ἀστέρες ἐπὶ τούτου τοῦ * τόπου τυχόντες, τἀναντία τούτων ἀποτελοῦσιν.

† Ἀπόκλιμα τοῦ ὑπὲρ γῆν μεσουρανήματος, ἐν τῷ ἀπ᾽ ἀνατολῆς εἰς δύσιν ἀπιέναι. οὕτω γὰρ λαμβάνονται τὰ ἀποκλίματα. ὑπὸ γῆν δέ: ἐν τῷ ἀπὸ δύσεως, εἰς ἀνατολήν.

* Πλὴν * οὐκ * εἰς τέλος. ἐπειδὴ ὅλως ἐν οἰκείῳ τόπῳ ἡ ☾ ἐστίν. ὑποθοῦ γὰρ καὶ τὴν ☾ εἶναι ἐν τούτῳ. εἰ δὲ εὑρεθεῖ τις ἐκεῖ τῶν κακοποιῶν, πάντα κάκιστα τὰ προειρημένα ἀπαντᾷ. εἰ μέντοι μηδεὶς εἴη τῶν ἀστέρων ἐκεῖσε, σκοπεῖν δεῖ, ὑπὸ ποίων βάλλεται κατὰ σχῆμα τὸ ζώδιον: καὶ οὕτως ἀποφαίνεσθαι, μέσα τὰ ἀγαθά, καὶ μέσα τὰ κακά. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν τόπων, ὅταν μὴ παρῇ ἀστήρ.

* Lego οὐχί.

Τὸ δὲ δ ἀπὸ ὡροσκόπου καλεῖται ὑπόγειον καὶ ἀντιμεσουράνημα, ⊕ βόρειον κέντρον ὑπάρχον: σημαῖνον τὴν τοῦ γήρως ✻ ἡλικίαν, καὶ τὴν τοῦ βίου τελευτήν, καὶ τὴν τοῦ σώματος

περιστ-

cum ſecundo loco, figuram triquetram conſtituit. Numeratur verò medium cæli in ſigna præcedentia, ſecundus locus in conſequentia: qua de cauſſa & ſiniſtrum trigonum appellatur.

TERTIVM ab Aſcendente bona fortunaſq; comparat, & de fratribus ſignificationem facit. Vocatur Dea, locus Lunæ, & fortunatum † cadens. Sortitum eſt ea, quæ ad amicitiam aut patrocinium ſpectant. Interdum & cauſſa fit peregrinationis, quoniam opponitur ſigno Deorum, quod prædictiones continet de peregrinatione. In hoc ſigno ſola Luna præ cæteris Planetis gaudet. Si beneficæ ſtellæ, quæ eiuſdem conditionis ſint, ſedem ibi obtineant: incrementum rei familiaris & facultatum poſſeſsionem indicant: & fratrum amicorumq; coniunctionem magis fructuoſam & conſentientem reddunt. Conciliant etiam multos amicos, efficiunt homines nomine illuſtres, dant fratres multos, & beneficia vel dona ab amicis aut fratribus ſuppeditant. Sed maleficæ ſtellæ in hoc loco* conſtitutæ, horum contraria efficiunt.

† Cadens à medio cæli infra terram, quando ab ortu in occaſum proceditur. Sic enim ſumuntur domicilia cadentia. Sub terra verò, procedendo ab occaſu in ortum.

* Veruntamen non perpetuò. Quoniam omninò in proprio loco eſt Luna. Pone enim & Lunam ibi eſſe. Si verò malefica ibi reperitur, prædicta omnia peßima accidunt. Sin nullus ibi fuerit Planeta, conſiderare oportet, cum quibus configuretur hoc ſignum, atq; ſic mediocria bona, & mala mediocria definientur. Hoc verò & de alijs locis intelligendum eſt, in quibus nullus Planeta aderit.

QVARTVM ab aſcendente vocatur ſubterraneum, & oppoſitum medio cæli. Eſtq; cardo Boreus, ✠ ſignificans ſenectutem, ☘ & vitæ finem, corporiſq; ad ſepulturam apparatum, &

quæ

περιστολήν, καὶ τὰ μετὰ θάνατον πάντα. ἔστι δὲ ὁ τόπος, περὶ ἐγγέων καὶ θεμελίων, καὶ περὶ γονέων, καὶ πατρίδος, καὶ οἰκίας καὶ διαμονῆς καὶ εὐδαιμονίας πάσης, σημαντικός: ὁτὲ δὲ, καὶ πλοίων καὶ ὑδατικῶν τόπων περιεκτικὸς γίνεται. δηλοῖ δὲ καὶ τὸν περὶ κοινωνίας λόγον. ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ, ὁ μὲν ♄ τῆς αἱρέσεως ὑπάρχων, πλουσίους δείκνυσι, καὶ ἀπὸ μέσης ἡλικίας κλησιβίους γινομένους: ὁτὲ δὲ, καὶ εὑρεμάτων δοτὴρ γίνεται. νυκτὸς δέ, τὰ πατρικὰ μειοῖ, καὶ πατρὸς ἀποξένωσιν ἢ ὀρφανίαν τίθησι: καὶ ἐπίνοσον τὴν νεότητα δείκνυσι, καὶ ἀδοξίας παραίτιος γίνεται. ὁ δὲ τοῦ ♂ ἀστὴρ ἡμέρας μὲν ἐπὶ τοῦ τόπου τυγχάνων, ἐπινόσους καὶ πτωματιζομένους ἀποτελεῖ: νυκτὸς δὲ, ἐλάττονας τὰς ἐπιστάσεις, ἤγουν, τὰς κακώσεις ποιήσει. ὁτὲ δὲ, καὶ στρατείαις τὸν γεννώμενον φέρει. πλὴν τὸν περὶ γάμων καὶ τέκνων λόγον κακίζει, καὶ τὸ παράπαν ἀπὸ γυναικῶν πυκνότερον ἀδικουμένους καὶ ἀχαριστουμένους ποιεῖ.

⊛ Διὰ τὴν ἔγκλισιν τῆς σφαίρας, πάντοτε τὸ ὑπόγειον, βορειότερον πίπτει.

♣ Ποιεῖ δὲ τὰ ἀποτελέσματα, ἐν γεροντικῇ, φησὶν, ἡλικίᾳ, ἐπεὰν ἐν γενέσει ληφθῇ τὸ θεμάτιον. ἐπὶ δὲ πράγματος, βραδέως πάνυ γενέσθαι δηλοῖ. ἐὰν οὖν ἀγαθοποιοὶ, φησὶν, παρῶσι τῷ ὑπὸ γῆν κέντρῳ: ἀγαθὰ τὰ προειρημένα, καὶ πρὸς τούτοις γηράσει, καὶ ταφήσεται ὑπὸ τῶν οἰκείων, καὶ κληρονομηθήσεται. ὡσαύτως κἂν ὑπὸ ἀγαθῶν μαρτυρῆται, μάλιστα κατὰ αἵρεσιν. ἂν μέντοι τις τῶν κακοποιῶν εὑρεθῇ, οὐ πάντως κακὰ γενήσεται. χαίρει γὰρ ἐν τούτῳ ὁ ♄, μάλιστα ἐὰν κατὰ αἵρεσιν ὢν τύχῃ ἐν τῇ γενέσει. τὰ δὲ μέγιστα, ἀπὸ μέσης ἡλικίας παρέχει, πλοῦτον καὶ εὑρέματα. εἰ δὲ παρ᾽ αἵρεσιν εὑρεθῇ, φαῦλον. ἐκεῖσε γὰρ εὑρεθεὶς, μείωσιν ποιεῖ τῆς πατρικῆς οὐσίας.

Τὸ δὲ ε. ἀπὸ ὡροσκόπου καλεῖται ἀγαθὴ τύχη, ♀ τόπος ὑπάρχων, ἐν ᾧ καὶ γενόμενος ὁ τοῦ ♀ ἀστὴρ, παρὰ πάντας τοὺς

ἀστέρας

quæ mortem ſequuntur univerſa. Prædictiones ex hoc loco ſumuntur de ijs, quæ in terra ſunt, & de fundamentis ædificijsq́; de parentibus ac patria, de domo & permanſione, omniq́; habitatione domeſtica. Interdũ verò & navigiorum & aquarum, aut locorum, quæ aquis adiacent, poſſeſſores ſignificat: & indicia dat de rerum communione. In hoc loco Saturnus, ſi eiuſdem conditionis ſit, divites deſignat, & qui à media ætate incipiant bona poßidere: interdum & inſperata lucra donat. Noctu verò, ea quæ ad patrem pertinent, minuit, atq; cauſſa huic exiſtit moræ extra patriam, & orbitatis. Significat etiam ægrotationes in ætate iuvenili, & deſpectionẽ vel ignominiam parit. Martis ſtella, interdiu quidem in hoc loco conſtituta, morbis obnoxios & ruinis ex alto efficit. Noctu verò, leviores malorum incurſiones aut afflictiones affert: Interdum & natum in militiam extrudit. Cæterùm de nuptiis & liberis ſignificationes infelices & calamitoſas reddit. Et in ſumma tales efficit, qui à mulieribus frequentius iniuria afficiantur, & apud has in nulla ſint gratia.

⊛ Propter inclinationem ſphæræ, ſemper ſubterraneum in Boream magis cadit.

♣ Producit eventus in ſenili, inquit, ætate, quando in primo ortu conſtitutum fuit thema. In negociis verò conficiendis, tardum admodùm fore natum, ſignificat. Quando igitur benefici, inquit, erunt in cardine, ſub terra, fortunata ſunt ea, de quibus dictum eſt: ac præterea ſeneſcet natus, ſepelieturq́; à domeſticis, & hæredes habebit. Similiter cùm hic locus teſtimonia habuerit à beneficis, præſertim eiuſdem conditionis. Sin maleficus hîc reperietur, non omninò mala accident. Gaudet .n. in hoc loco ♄, maximè cùm ſecundùm conditionem fuerit in genitura. Quod verò præcipuum eſt, à media ætate præbet divitias & lucra. Sin præter conditionem reperiatur, malum. Ibi enim poſitus, detrimentum importat facultatibus paternis.

QVINTVM ab aſcendente vocatur bona fortuna, eſtq́; locus Veneris, in quo conſtitutum eius ſidus, præ cæteris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

ἀστέρας ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ χαίρει. ἔστι δὲ ἐπαναφορὰ τοῦ ὑπογείου κέντρου, καὶ σημαίνει τὸν περὶ τέκνων λόγον. ἐν τούτῳ τῷ ζωδίῳ οἱ μὲν † ἀγαθοποιοὶ, χαίρουσι, καὶ εὐτεκνίας διδόασιν: οἱ δὲ κακοποιοὶ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ, ἀναιρετικοὶ τέκνων γίνονται.

† Μάλιστα ὁ τῆς ♀ ἀστήρ. εἰ δὲ κακοποιὸς εὑρεθῇ τις, καὶ τοσοῦτον ἐστὶ κακοποιὸς, διὰ τὴν τῶν τόπων ἀγαθότητα. ἀναιρετικὸς δὲ τῶν τέκνων γίνεται.

Τὸ δὲ ϛ ἀπὸ ὡροσκόπου, καλεῖται κακὴ τύχη, καὶ ποινὴ, καὶ πρόδυσις, καὶ ἀπόκλιμα φαῦλον. τόπος ♂ σχηματίζον. σημαίνει δὲ, τὸν περὶ σίνους λόγον. ἐν δὲ τούτῳ τῷ ζωδίῳ ὁ τοῦ ♂ ἀστὴρ παρὰ πάντας χαίρει. οἱ δὲ λοιποὶ ἀστέρες ἐπὶ τοῦ τούτου τόπου τυχόντες, ἄπρακτοι καὶ ἀδρανεῖς περὶ τὴν τῶν ἰδίων ἀποτελεσμάτων ἐνέργειαν δείκνυνται: ἐπάνπερ τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων μὴ δὲ εἷς, ἐπὶ τοῦ κατὰ κορυφὴν κέντρου, ἢ ἐν τῇ τοῦ ὡροσκόπου ἐπαναφορᾷ σχηματίσῃ. ἐν δὲ τούτῳ τῷ τόπῳ ὁ τὸ πράσσειν * παρέχων, ἐνεργὴς γίνεται, ἐπάνπερ τὰς ἀκτῖνας ἐπενέγκῃ μοιρικῶς ἐπὶ τοῦ μεσουρανήματος: ὅτι σύμφωνος καὶ δεξιὸς ἐστὶν ὁ τόπος, κατὰ τρίγωνον στάσιν, τῷ μεσουρανοῦντι κέντρῳ. σημαίνει δὲ ὁ τόπος, τὰ πρὸς ὑπηρεσίαν συντείνοντα θηλυκῶν προσώπων εἴδη, λέγω δὴ, δουλικῶν, καὶ κτηνῶν θηλυκῶν. ἔπειτα δὲ καὶ τὰς διὰ θηλυκῶν προσώπων γινομένας ἔχθρας, ἐπιβουλάς τε καὶ ἐπαναστάσεις. ἐν δὲ τούτῳ τῷ τόπῳ, ὁ μὲν ☉ πατρὸς μὲν πένητος ἢ ἀδόξου ἢ ἀγεννοῦς, ἢ ἐκ πτωχοῦ τὸν γεννηθέντα δείκνυσιν: ὁτὲ δὲ, καὶ ἀπὸ πατρὸς ὀρφανόν. ἡ δὲ ☾ ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου τυχοῦσα, μητρὸς δούλης, ἢ πτωχῆς, ἢ πενιχρᾶς, ἢ ἀδόξου, ἢ ἐλαχίστης ποιήσει: ὁτὲ δὲ καὶ ἀπὸ μητρὸς ὀρφανίαν ⊕ τελέσει. ἐν δὲ τούτῳ τῷ τόπῳ ὅ ἐστιν ἀπὸ ὡροσκόπου ϛ, ἄρης νυκτερινῆς γενέσεως χαίρει, καὶ ἐπὶ στρατείαν ἢ δόξαν ἀρεϊκὴν ✠ προσκαλεῖται: ἐπάνπερ ἐν θηλυκῷ ζωδίῳ εὑρεθῇ, καὶ τρίγωνος ☉ ἢ ☾, ἢ τῷ τοῦ ♃ γένηται, ἢ σὺν τῷ τῆς ♀ ἔτυχεν, ἢ καὶ αὐτὴν ἐτριγώνισε.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

gaudet. Succedit ſubterraneo cardini, & de liberis ſignificationes facit. In hoc enim ſigno † beneficæ ſtellæ gaudent, & felicitatem dant liberorum: maleficæ verò hîc conſtitutæ, liberos interficiunt.

† *Maximè Veneris ſtella. Si verò malefica aliqua ibi reperta fuerit: multò magis fit malefica, propter locorum bonitatem, ac liberos interimit.*

SEXTVM ab aſcendente vocatur mala fortuna, & pœna, & præoccidens, & cadens infortunatum: locus Marti attributus. Denotat vitia & debilitates corporis. In hoc ſigno ſtella Martis præ omnibus gaudet. Cæteræ ſtellæ in hunc locum delatæ, infirmas & imbecilles vires habere deprehenduntur, ad ſignificata propria perficienda: quando beneficarum nulla in medio cœli, aut in eo, quod Aſcendenti ſuccedit, configurata fuerit. Quæ verò ſtella hoc in loco actionis vel * magiſterij autor eſt, ea efficax fit, ubi radios partiliter ſparſerit in medium cœli: quoniam concordat hic locus cum medij cœli cardine, & dexter illi eſt, ſecundùm trianguli intervallum. Significat etiam hic locus res eas, quæ ad miniſteriũ fœmineum, nempè perſonarum ſervilium & quadrupedum fœminarum pertinent. Et inimicitias affert, quæ propter fœminas ſuſcipiuntur, inſidiasq; & ſeditiones. Sol in hoc loco repertus, naſci aliquem facit patre paupere, aut inglorio aut ignobili, aut ex mendicis: interdum à patre orbum ſignificat. Luna verò hunc locum ſortita, matre faciet naſci ſerva, aut mendica, aut paupere, aut ingloria, aut quæ conditionis ſit infimæ: interdum & matre ⊕ orbabit. In hoc loco, quæ eſt ſextus ab horoſcopo, Mars in nocturna genitura gaudet, & in militiam aut ad gloriam ✠ bellicam vocat, ſi in fœminino ſigno repertus fuerit, & in angulo Solem, Lunam vel Iovem aſpexerit, aut cum ſtella Veneris iunctus, aut ſecundùm triangulum configuratus fuerit.

 * Quando

* Ἂν γὰρ τότε τις ἐν τῷ μεσουρανήματι ᾖ ἀγαθοποιὸς, βάλλων εἰς τοῦτον τὸν τόπον κατὰ τρίγωνον τὰς ἀκτῖνας: πρακτικὸς γίνεται.

⊕ Εἰ δὲ βάλλεται κατὰ τρίγωνον σχῆμα ὑπὸ ἀγαθοποιοῦ, σημαίνει, αὐτὴν ὑπὸ ἀνδρὸς πλουσίου συγκεκροτῆσθαι, καὶ μὴ ἠλευθερῶσθαι.

♣ Εἰ δὲ καὶ μὴ σχηματίζεται ὑπὸ ἀγαθοποιῶν, οὐ * δεόντων * μεγάλα κακὰ ἐπαύξει, ἐὰν μὴ ᾖ παρ᾽ αἵρεσιν. ὡσαύτως δ᾽ οὐδὲ ὁ ♄, ἐκεῖσε κατὰ αἵρεσιν εὑρεθείς. ἐπεὶ χαίρουσιν οἱ κακοὶ ἐν κακοῖς. εἰ μέν τοι παρὰ αἵρεσιν εὑρεθεῖεν ἐκεῖσε οἱ κακοποιοί, τὰ ἴδια, φησὶ, κακὰ τοῦ τόπου, ἀποτελοῦσιν: οἷον, σίνη καὶ ἐπαναστάσεις, ἐκ θηλυκῶν προσώπων.

* * *Lego:* οὐδὲ ἐν τούτῳ.

Τὸ δ᾽ ζ ἀπὸ ὡροσκόπου, σημαίνει τὸν γαμοστόλον, καὶ τὰς γινομένας μακρὰς ξενιτείας, καὶ τὴν τοῦ † θανάτου ποιότητα. καλεῖται δ᾽ ἀνθωροσκόπος. ἔστι δὲ, καὶ κέντρον δυτικὸν, τὴν πρεσβυτικὴν ἡλικίαν ἐμφαῖνον. ἐν δ᾽ τούτῳ τῷ τόπῳ, ἡμέρας μὲν ὁ τοῦ ♄ τυχὼν ἀστὴρ, χαίρει, ἐπάντως ἐν ἰδίῳ ζωδίῳ, ἢ τριγώνῳ, ἢ ὑψώματι εὑρεθῇ. ποιήσει γὰρ μακροβίους, ὑψιτύχους, πολυχρονίους, εὐκτήμονας. οὐκ ἀπαθεῖς δ᾽ τῶν κρυφίμων τόπων ἀποτελεῖ: ἀλλ᾽ ὅτε μὲν ἐπὶ τὰς ἕδρας πάθος ποιήσει: ὅτε δ᾽ αἷμα καθεζομένοις ἀποδείκνυσιν: ὅτε δ᾽ δυσεντερικαῖς ἢ κοιλιακαῖς περιστάσεσιν περιβάλλει. καὶ τὰς προειρημένας τῶν παθῶν ἐπιφορὰς μᾶλλον ἐπιαύξει, ἐν ἀλλοτρίοις ζωδίοις χρηματίσας. ὁ δὲ τοῦ ♂ ἐπὶ τοῦδε τοῦ τόπου τυχὼν, πολλῶν * κακῶν παραίτιος γίνεται: ὅτε μὲν σίνεσιν, ὅτε δὲ πάθεσι περιτρέπων: καὶ τὸ παράπαν δυσαπερικτήτους, ἢ ἐν ἀλλοδαπῇ γῇ διατελοῦντας, ἢ μετανάστας, ἢ ξενιτεύοντας, ποιήσει. ὅτε δὲ καὶ ὀλιγοχρονίους, ἢ ⊕ βιαιοθανάτους ἀποδείκνυσιν: ὅτε τὸν ☉ ἢ τὴν ☾ κατοπτεύσει, ἢ τὴν τῆς ☾ συναφὴν ὑποδέξεται, ἐπάντως ἐκτὸς τῆς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀκτῖνος εὑρεθῇ. ὁ δ᾽ τοῦ ♃ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ χρηματί-

σας.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

* *Quando enim tunc in medio cæli aliqua benefica fuerit, proijciens in hunc locum, ſecundùm triangulum radios: ad agendum ſit idonea.*

⊕ *Si verò petitur triangulo aſpectu à benefica, ſignificat, ipſam à viro divite ornatam, non autem liberam factam eſſe.*

☙ *Etiamſi non aſpexerint eum beneficæ, magna mala non adducit, niſi fuerit præter conditionem. Similiter neq; Saturnus ibi ſecundum conditionem repertus. Quoniam gaudent mali in locis malis. Si igitur præter conditionem ibi repertæ fuerint maleficæ, propria (inquit) mala loci eius perficiunt, nempe læſiones & ſeditiones à mulieribus.*

*SEPTIMVM ab Aſcendente ſignificat nuptiarum procuratorem, & longinquas peregrinationes, ac mortis † genus. Vocatur oppoſitum aſcendentis. Eſt & cardo occidentis, ſenilem ætatem denotans. In hoc loco interdiu quidem Saturnus gaudet, ſi in proprio ſit ſigno, aut triangulo, aut exaltatione. Faciet enim homines longæ vitæ, ſublimis fortunæ, quorum memoria longa relinquitur, locupletes. Non autem expertes affectionum in locis corporis occultis: ſed interdum ani morbis affligit, interdum hæmorrhoicos aut ſanguinis fluxu laborantes efficit, interdum dyſentericis aut cœliacis malis involvit. Atq; has malorum impreſſiones magis augebit, ſi in peregrinis ſignis fuerit conſtitutus. Stella Martis hunc locum obtinens, multorum * malorum cauſſa exiſtit, interdum vitiis corporis, interdum morbis affligens: & in ſumma egenos, aut in peregrina terra degentes, aut peregrinatores efficit. Nonnunquam & brevi victuros, aut violenta ⊕ morte perituros oſtendit: quando Solem vel Lunam aſpiciet, aut Lunam applicantem excipiet, ſiquidem extra beneficorum radios repertus fuerit. Iupiter hunc locum obti-*

 nens,

σας, καὶ τὴν τῶν χρόνων πρόβασιν ἀπροξικτήτους ποιήσει. ὀψὶ τυχὸν γάρ ἐστι τὸ κέντρον τοῦτο: διὸ καὶ τὰς προκοπὰς ὀψὲ τοῦ χρόνου χαρίζεται. ποιήσει δὲ καὶ ἀγαμίαν: πλὴν, σπανοτέκνους καὶ λυπουμένους ἐπὶ γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀποτελεῖ. ἡ δὲ ♀ τὸ δυτικὸν κέντρον ἐπέχουσα, νεωτερίζοντας ποιήσει, τὸ γῆρας ἄμοχθον δείκνυσι, καὶ εὐθάνατον ποιήσει. ὁ δὲ τοῦ ☿, φρονίμους καὶ γραμμάτων ἐμπείρους ποιήσει: πλὴν πάθεσι ψυχικοῖς περιτρεπομένους. ὁ δὲ ☉ ἐν τῷ δυτικῷ κέντρῳ τετευχὼς, λαμπροβίους καὶ περιφανῶν πατέρων τοὺς γεννηθέντας δείκνυσιν: ἐπὰν γὰρ ἐν ἀρσενικῷ ζωδίῳ τύχῃ, καὶ ἐκτὸς τῆς τῶν κακοποιῶν ἀκτῖνος εὑρεθῇ, ἡμερινῆς οὔσης τῆς γενέσεως. ἡ δὲ ☾ τὸ ζ ἀπὸ ὡροσκόπου λαχοῦσα, ξενιτείας ποιήσει. ἐὰν γὰρ ἐν παρύγροις ζωδίοις εὑρεθῇ, ναυκλήρους, ἢ κυβερνήτας, ἢ ναύτας, ἢ ἐμπορικὸν βίον διάγοντας, πολυπλάνους, καὶ ἐν ὑψηλοταπεινώμασι τὴν τύχην ἔχοντας, τελευτήσει.

† Καὶ τέλη ζωῆς, καὶ περὶ ἐκθέσεως καὶ κυήσεως, καὶ ἕτερα πλείονα: πρὸς τὸν ἐπικρατοῦντα τοῦ τόπου ἀστέρα. ποιεῖ δὲ τὰ ἀγαθὰ, περὶ τὴν παρακμαστικὴν ἡλικίαν.

* Καὶ μάλιστα, εἰ ἐκτὸς ὑπάρχει τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀστέρων συνεπιμαρτυρήσεως. οἷον ὅταν ὁ ♂. σχηματίσῃ τὸν ☉ ἢ τὴν ☾, ἢ τὴν τῆς ☾ συναφὴν ὑποδέξηται: τηνικαῦτα πάθεσι πολυτρόποις βάλλει. εἰ δὲ καὶ χωρὶς τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀκτινοβολίας: τηνικαῦτα καὶ ὀλιγοχρονίους καὶ βιαιοθανάτους ποιεῖ. λοιπὸν τὸ ποῖον θανάτου ἐκ τῶν ζωδίων γνώσῃ. εἰ μὲν γὰρ ἐν ὑγροῖς, οἷον ♒ ἢ ♓, ὕδασι πνιγήσεται: εἰ δὲ θερμῷ, οἷον ♌, διὰ πυρὸς: εἰ δὲ ἐν ὅπλοις ζωδίοις, οἷον ♐ καὶ ♏, διὰ ξίφους: εἰ δὲ θηριώδεσιν, οἷον ♑ ♌, ♉. ὑπὸ θηρίων. οὐ μόνον γὰρ ταῦτα ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ πενιχροὺς, καὶ ἀστάτους, καὶ ξενιτεύοντας ἀποδείκνυσιν.

Φ Ἀεὶ γὰρ ὁ ♂ μετὰ τοῦ ☉ ἢ τῆς ☾ εὑρισκόμενος, κακὰ ποιεῖ μεγάλα.

Τὸ

nens, temporum progreſſu locupletes faciet. Serus enim aut veſpertinus eſt cardo domicilij huius, ideò & felicitates ſerò largitur. Conciliat etiã felices nuptias, ſed dat paucos liberos, et in luctũ conijcit ob mulieres & liberos. Venus occidentis cardinem obtinens, mores & naturam iuvenum imitari facit: ſenectutem dat labore & moleſtia carentem, & placida morte extinguit. Mercurius ſapientes & literatos faciet, ſed affectionibus animi obnoxios. Sol in cardine occidentis cõſtitutus, ſignificat natos ſplendidos & divites, & quorum parentes ſunt illuſtres: ſiquidem in maſculino ſigno fuerit, & extra radium maleficorum, in diurna genitura. Luna in ſeptimo ab aſcendente loco, peregrinationes afferet. Si verò in aqueis ſignis reperiatur, dominos aut gubernatores navium, aut nautas efficit, vel qui mercatoriam vitam agant, & qui multùm ac longè peregrinentur, & fortunam in alto ac lubrico caſu poſitam habeant.

† Et exitus vitæ. Significat verò & de expoſitione nati, & de partu, & alia multa, ſecundum ſtellam, quæ huic loco dominatur. Bona adfert circa tempus, quod florem ætatis aut conſtantem ætatem ſequitur.

* Et vel maximè, ſi nulla beneficorum teſtimonia habuerit. Vt, Mars configuratus Soli aut Lunæ, aut applicantem ſibi Lunam excipiens, malis variis affligit. Si verò etiam ſine radio beneficorum fuerit, brevem vitam & mortem violentam nato adfert. Genus autem mortis ex ſignis cognoſces. Si enim in humidis, ut ♒ & ♓, in aqua ſuffocabitur: Si in calido, ut ♌, per ignem peribit: Si in armatis ſignis, ut ♐ & ♏, per enſem: ſi in ferinis, ut ♑, ♌, ♉, à feris. Non ſolùm aut hæc efficit, ſed etiam pauperes ſignificat, & vagos atque peregrinantes

⊕ Semper enim Mars cum Sole aut Luna inventus, mala magna adducit.

OCTA-

Τὸ δὲ η ἀπὸ ὡροσκόπου, καλεῖται ἀργὸν, ὅτι ἀπόστροφόν ἐστι καὶ ἀσύνδετον τοῦ ὡροσκοποῦντος ζωδίου. χρηματίζει καὶ ἐπὶ καταφορᾷ τοῦ δύνοντος. σημαίνει δὲ, τὴν τοῦ θανάτου τελευτήν. δυσπρακτος δὲ ὁ τόπος οὗτος καθέστηκε. καὶ οἱ μὲν ἀγαθοποιοὶ ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου τυχόντες, ἀπὸ θανάτων ὠφέλειαν ποιοῦσι: κληρονομίας γὰρ διδόασι, καὶ ἀπὸ θανατικῶν προφάσεων ὠφελουμένους δεικνύουσιν. οὐ μόνον δὲ οἱ ἀγαθοποιοὶ ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου τυχόντες, ὠφελείας ποιοῦσιν, ἀπὸ θανάτων: ἀλλὰ καὶ ἡ σελήνη τοῖς ἀριθμοῖς προστιθεῖσα, καὶ αὐξιφωτοῦσα ἐπιτηδείως τὴν ἀπὸ συνόδου φορὰν ποιουμένη, ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ κατὰ τὸν † ἐμφανῆ κόσμον θεωρεῖται. διὸ καὶ τὰς ἀπὸ θανάτων ὠφελείας δηλοῖ, καὶ κληρονομίας παρέχεται, μάλιστα Βορεία ἀνερχομένη. ὁ δὲ ☉ ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου τυχὼν, πατρὸς ἔκπλωσιν, ἢ σίνος, ἢ πάθος, ἢ προτελευτὴν δείκνυσιν: ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πράγμασιν, ἀργότερος ἔσται. λειψίφωτος δὲ ἡ ☾ ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου τυγχάνουσα, καὶ ἐκτὸς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀκτῖνος τετευχυῖα, πένητας, ἀθλίους, δυσπερικτήτους τε καὶ ἐμπαθῆς ποιήσει. οἱ δὲ κακοποιοὶ παρὰ τὴν αἵρεσιν ἐκεῖσε τυχόντες, ἔκπλωσιν βίου, καὶ καθαίρεσιν πραγμάτων, καὶ ἀποβολὰς, καὶ περιστάσεις οὐ τὰς τυχούσας ἐπιφέρουσιν: ὅτε δὲ, καὶ κακοθανασίας παραίτιοι γίνονται. ἡ δὲ ♀ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ τυχοῦσα, ἀργότερα τὰ τῶν γάμων ποιήσει: καὶ ὅτε μὲν παιδεραστὰς: ὅτε δὲ ἐμπαθεῖς, καὶ ἀσελγεῖς ἐπιδείκνυσιν. ὁ δὲ τοῦ ☿ ἐπὶ τοῦδε τοῦ τόπου τυχὼν, φιλησύχους, σιγηροὺς, ἐνδομύχους: ὅτε δὲ, κλέπτας ἢ πλαστογράφους ποιεῖ. μωροὺς δὲ, ἢ καὶ διανοήτους, ἢ ἀργοὺς ποιήσει: ἐπὰν ὡς ὑπὸ τὰς ἡλιώτιδας αὐγὰς τύχῃ, ἢ ὑπὸ ♄, κατὰ συμπαρουσίαν, ἢ τετράγωνον, ἢ διάμετρον στάσιν θεωρηθῇ, πλείονας αὐτοῦ μοι, ἐπέχων.

† Ἤγουν ἄρχεται ἤδη φαίνεσθαι νέα.

Τὸ δὲ θ ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου, σημαίνει τὸν περὶ θεῶν λόγον, καὶ ὀνείρων καὶ ξενιτείας. ἔστι δὲ καὶ ἀστρονομικὸν, καὶ προμεσουράνημα,

OCTAVVM ab aſcendente vocatur ocioſum, quoniam aduerſum eſt, à ſigno Aſcendentis, eiq́ haud coniunctum. Locus eſt, per quem pars mundi occidens deſcendit. Significat terminum mortis: eſtq́ infelix hic locus. Benefici in eo conſtituti, ex morte dant lucrum: Etenim hæreditates donant, & defunctorum occaſione iuvant. Non ſolùm autem benefici hîc reperti, utilitates adferunt è mortibus: ſed etiam Luna numero vel motu aucta, & lumine creſcens, quando à coniunctione Solis digrediens, in hoc loco † ſupra terram conſpicitur. Ideo & ex mortibus utilitates ſignificat, & hæreditates largitur, maximè ſi ſit borealis aſcendens. Sol in hoc loco patris caſum adverſum, aut vitium aliquod corporis, aut morbum, aut obitum priorem denotat: in aliis efficiendis erit ignavior. Minuta verò lumine Luna, & extra radium beneficorum in hoc loco conſtituta, pauperes, miſeros, egenos & perturbationibus obnoxios reddet. Malefici præter conditionem ibi reperti, detrimentum rei familiaris, fruſtrationes negotiorum, & iacturas atq́ clades afferunt non exiguas: nonnunquam & infelicis mortis autores ſunt. Venus hunc locum occupans, ignaviora omnia reddit, quæ ad nuptias pertinent: Et interdum amatores puerorum, aliquando amore furentes & flagitioſè laſcivos indicat. Sed Mercurius in hoc loco efficit amantes tranquillitatis, taciturnos, domi abditos: interdum fures aut falſarios. Fatuos gignet vel inſipientes vel inertes, quando ſub ſplendore ſolis fuerit: aut ſub Saturno, in huius coniunctione, quadrato, aut oppoſito, ita ut plures, quàm ipſe, partes obtineat.

† Cùm videlicet iam incipit apparere nova.

NONVM ab aſcendente ſignificat ea, quæ de Diis & ſomniis atq́ peregrinatione prædicuntur. Eſt verò & aſtronomicum

μα, εἰ ἀπὸ δύσεως ἐπὶ ἀνατολὴν βαίνει τις. ἡλίου καλούμενον τόπος. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ ζωδίῳ, μόνος ὁ ☉ χαίρει. καλεῖται δὲ, ἀπόκλιμα ἀγαθόν. ἐν δὲ τούτῳ τῷ τόπῳ, ὁ ☉, ἢ ὁ ♄, ἢ ὁ ♃, ἢ ὁ τοῦ ☿ κεχρηματικότες, τὰς ἀπὸ θεῶν καὶ βασιλέων χάριτας, ἢ δωρεὰς, ἢ εὐεργεσίας χαρίζεται. ποιοῦσι δὲ, καὶ εὐχρηματίστους. ὅτε δὲ καὶ ἐν ἱεροῖς, τάξιν παρέχουσιν, ἢ προστάτας ἱερῶν ἀποτελοῦσι. καὶ γὰρ δὴ δωρεὰς βασιλικὰς διδόασι: πλὴν ξενιτεύοντας ἀποδεικνύουσιν. ὁ δὲ ☉ σὺν † τῷ τοῦ ☿ ἀστέρι ἐκεῖσε χρηματίσας, μάντεις καὶ ὀνειροκρίτας, ἀστρολόγους, οἰωνοσκόπους, καὶ τὸ παράπαν, μυστηρίων μετέχοντας, ἀποτελοῦσι. ποιεῖ δὲ καὶ ἡ σελήνη ξενιτεύοντας, ἐκεῖσε παρατυχοῦσα, καὶ ἑνὶ τῶν κακοποιῶν, ἢ τῷ τοῦ ἑρμοῦ ἀστέρι τὴν συναφὴν ποιουμένη.

† Εἰ δὲ ἐπὶ νυκτερινῆς γενέσεως ἐκεῖσε εὑρεθεῖ ὁ ☉, ἅμα τῷ τοῦ ☿, τουτέστιν, ἵνα ὁ μὲν ☿ ᾖ πρὸς τῇ ἀρχῇ τοῦ θ τόπου, ὁ δὲ ☉ ἐν τῷ τέλει τοῦ ζ, ἵνα ᾖ ὑπὸ δύσιν: ἄλλως γὰρ οὐκ ἐγχωρεῖ ταῦτα εἶναι, ἐπὶ νυκτερινῆς γενέσεως: ἀβεβαίους τοῖς ὀνείρασι, καὶ καταψευδομένους, θεοῦ μηδὲν βέβαιον χρηματίζοντας.

Τὸ δὲ δέκατον ἀπὸ ὡροσκόπου, καλεῖται μεσουράνημα, καὶ διμοιρία τῆς ἄνω μερίδος. κέντρον νότιον * ὕπαρχον, καὶ ἀπὸ μέσης ἡλικίας τὰς ἐνεργείας ἐνδεικνύμενον. σημαίνει δὲ τὸν περὶ πράξεως, καὶ δόξης, καὶ ἀξιώματος, καὶ συστάσεως, καὶ προεδρίας, καὶ πατρίδος καὶ διαμονῆς λόγον. γάμου δὲ καὶ τέκνων ἀρρενικῶν δηλωτικὸν καθέστηκεν. ἐν δὲ τούτῳ τῷ τόπῳ ὁ ☉ τυχὼν, ἀρχικοὺς καὶ ἐπιδόξους καὶ ἐμπράκτους καὶ περιφανεῖς ἄνδρας ἀποδείκνυσι: ἐπάνπερ ἀλλότριος τῆς τῶν κακοποιῶν ἀκτῖνος εὑρεθῇ. ποιεῖ δὲ καὶ πατρὸς ἐπισήμου τοὺς γεννωμένους. ἡ δὲ ☽, ἐπὶ νυκτερινῶν γενέσεων τὸν τόπον τοῦτον ἐπέχουσα, διασήμους, πλουσίους, φορολόγους βασιλέων, ἢ διοικητὰς πόλεων ποιήσει: ἐπάνπερ ὑπὸ τοῦ ♄ ἢ τοῦ ♂ μὴ θεωρηθῇ, ἤτοι κατὰ συμπαρουσίαν ἢ τετράγωνον, ἢ διάμετρον στάσιν: τάς τε μητέρας τῶν

τοιούτων

cum, & medium cœli antecedit, ſi ab occaſu verſus ortum quu
progrediatur. Vocatur locus Solis. In hoc enim ſigno Sol tantùm
gaudet. Dicitur etiam cadens fortunatum. Sol, Saturnus, Iu-
piter aut Mercurius in hoc loco conſtituti, à Dijs & regibus
gratias, dona vel beneficia conciliant: faciunt & opulentos.
Interdum in ſacrum ordinem cooptant, aut præſides ſacrorum
efficiunt. Dant enim regalia dona: ſed peregrinantes ſignifi-
cant. Sol † autem cum Mercurio ibi conſiſtens, vates & ſom-
niorum interpretes, aſtrologos, aruſpices, & omninò arcano-
rum conſcios facit. Luna etiam cauſſa eſt peregrinationis, ſi cum
illis coniungatur, & uni maleficorum aut Mercurio appli-
cetur.

† Quòd ſi in nocturna geneſi ibi reperiatur Sol, ſimul
cum Mercurio, hoc eſt, ut Mercurius ſit in initio 8 loci, Sol
verò in fine 7, ut ſit ſub occidente, (aliter enim hæc eſſe non
contingit, in nocturna geneſi) ambiguos in ſomniis & men-
daces, & de Deo nihil certi ſtatuentes efficit.

Decimum ab Aſcendente vocatur medium cœli, & bi-
partitio portionis cœli ſuperioris. Eſtq́; cardo * auſtralis: &
quæ à media ætate fiunt, ſignificat. Hinc verò & ea ſumun-
tur, quæ de actione nati, de gloria, Magiſtratu, commendati-
one, loci dignitate, patria & permanſione prædici ſolent. Nu-
ptiarum quoq; & liberorum maſculorum ſignificationem facit.
In hoc loco Sol viros oſtendit ad principatum propenſos, cele-
bres, ſtrenuos & illuſtres, ſi liber ſit à maleficorum radio: fa-
cit etiam naſci patre inſigni ac nobili. Luna in genituris no-
cturnis hunc locum obtinens, præclaros, divites, vecti-
galia regum colligentes, aut præſides urbium efficiet: ſi
Saturnus vel Mars, corpore, aut radio quadrato vel op-
poſito, ei non fuerit coniunctus: & matres talium nobil

τοιούτων εὐγενεῖς εὑρήσεις. ὁ δὲ ♄ τὸν τόπον τοῦτον ἐπέχων, ἐπὶ τῶν ἡμερινῶν γενέσεων, καὶ ἐν οἷς χαίρει ζωδίοις παρατυγχάνων, ἐπὶ παρύγρων πράξεων τὰς ἀσχολίας ποιήσει: εὐκλήμονάς τε καὶ φιλογεωργοὺς, γαιούχων τε * γενομένων ἐγγέων, καὶ ἐκ θεμελίων * κλήτορας ἀποδείκνυσιν.

* * Legendum puto: καὶ νομέων, ἐγγέων, καὶ θεμελίων.

ἐπὶ δὲ τῶν νυκτερινῶν γενέσεων τὸν τόπον τοῦτον ἐπέχων, ἐν παρύγροις μὲν τὰς πράξεις ἀποτελεῖ: δυσπράκτους δὲ καὶ δυσπερικτήτους καὶ ἀπροσκόπους, καὶ ἀδρανεῖς, καὶ δυσγάμους, καὶ σπανοτέκνους, καὶ πένητας ἀποτελεῖ: ὁτὲ δὲ, καὶ πολυχρόνιον ξενιτεύοντας, ἢ ἐκτὸς τῆς ἰδίας πόλεως οἰκοῦντας, καὶ πλανωμένους ἐπὶ πολὺν χρόνον ποιήσει. ὁ δὲ τοῦ ♃, ἡμέρας μὲν ἐκεῖσε παρατυχὼν, ἐπάνωθεν προσθετικὸς τοῖς ἀριθμοῖς ᾖ, καὶ ἐκτὸς τῆς τοῦ ♂ ἀκτῖνος εὑρεθῇ: μεγαλοβίους, μεγαλοπρεπεῖς, λαμπροφανεῖς, πράγματα βασιλέων ἢ μεγιστάνων πιστευομένους τε καὶ πολυγνώστους, μεγαλοφίλους καὶ πρακτικοὺς ἀποδείκνυσιν: οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον δὲ καὶ εὐδαιμονοῦντας, οὐδὲ ἀκρυομένους, οὐδὲ μὴν ἐν ταῖς πράξεσι διευημεροῦντας ποιήσει. ὁ δὲ τοῦ ♂ τὸν κατὰ κορυφὴν κέντρον ἐπέχων, λέγω δὴ, τὸν μεσουρανοῦντα τόπον, ἐπὶ μὲν τῶν ἡμερινῶν γενέσεων, τοὺς μὲν γονεῖς ἀπ᾽ ἀλλήλων διαστήσει: τοὺς δὲ τοιούτους περιτρέπει, πενίᾳ καὶ στενότητι βίου, τὸν πάντα βίον χρωμένους διατελοῦντας: τοὺς δὲ καὶ ἀβίους καὶ ἀγάμους, ἐπὶ τῆς νεότητος ἀποδείκνυσιν. ὁτὲ δὲ καὶ βιαιοθανάτους ποιήσει: ἐπάνωθεν ἐκτὸς τῆς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀκτῖνος εὑρεθῇ. εἰ γὰρ ὁ τοῦ ♃ καὶ τῆς ♀ τούτῳ συσχηματισθῶσι, καλὸν τὸ γῆρας ἕξουσι, καὶ τὸν τῆς βιαιοθανασίας κίνδυνον ἐκφεύξονται. ἐπὰν δὲ ἐπὶ ἀρσενικῶν ζωδίων, εἴτε ἡμερινῶν εἴτε νυκτερινῶν, ὁ ἀστὴρ οὗτος ἐπὶ τοῦ μεσουρανήματος χρηματίσῃ, κατὰ τὴν ἀρρενικὴν γονὴν σπανότεκνον ποιήσει. ὁ δὲ τῆς ♀ ἑσπερίας ἀνατολῆς ⊕ μεσουρανήσας, δίχα τῆς τῶν κακοποιῶν ἐπιθεωρίας, λαμπροβίους ἀρχιερεῖς, εὐτυχεῖς νεοκορεῖς, βουλευτὰς, πρυτάνεις, στεφανοφόρους διασήμους ποιήσει: εὐγαμίας τε καὶ εὐτεκνίας αἴτιος γίνεται: ἔτι δὲ καὶ ὑπὸ ὄχλων εὐφημουμένους, καὶ δημοχαρεῖς, καὶ περιωνύμους

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

genere natas reperies. Saturnus occupans hunc locum, in diurnis genituris, & ſimul in ſignis conſtitutus, in quib. gaudet, negociationes dabit in aquis: et locupletes, agriculturaeq; ſtudioſos, et eorũ qui terras tenent, paſtorumq;, et rerũ quae in terra continentur, atq; aedificiorũ poſſeſſores demonſtrat. Sed in genituris nocturnis hunc locum tenens, in humidis quidem occupatos ſignificat: ſed in opere infelices, & egenos, & nihil proficiẽtes, et infirmos, & infelices in nuptijs, ac paucos gigentes liberos, pauperesq; efficit: nonnunquam & qui diu peregrinentur, aut extra propriam urbem habitent, & vagentur longo tempore. Iupiter interdiu ſic repertus, ſi motu velox ſit, aut à Martis radio liber: illuſtres vita, magnificos, praeclaros, negotia regum aut primatum ſua fide adminiſtrantes, & multis cognitos, praeſtantes amicos habentes, & in agendo efficaces deſignat. Non tamen perinde felices eos reddet, neq; quibus alij facilè obtemperent, neq; quibus actiones omnes ex ſententia ſuccedant. Mars cardinem verticalem tenens aut locum medij caeli, in genituris diurnis, inter parentes diſſidia faciet. Natos autem ita exercet, ut in paupertate & victus inopia vitam omnem tranſigant: alios victus & nuptiarum expertes in iuventute reddit: interdum & violentae morti obnoxios, ubi nullus beneficorum, radios ad eum emiſerit. Si enim Iupiter & Venus ei configurentur, ſenectutem habebunt praeclarã, & periculum violentae mortis effugient. Quòd ſi in maſculinis ſignis, ſive nocturnae ſint geniturae ſive diurnae, haec ſtella medium caeli occupaverit, maſculam prolem raram dabit. Stella Veneris in veſpertino ⊕ ortu ſuo medium caeli tenens, à maleficorum obtutu libera, ſplendidam vitam agentes ſummos ſacerdotes, felices templorum rerumq; ſacrarum curatores, ſenatores, praefectos, corona ob virtutem donatos & illuſtres faciet: cauſſa etiam exiſtit felicitatis nuptiarum liberorumq;: inſuper à vulgo publicè celebratos, populoq; gratos, & nomine valdè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

νύμους ἀποδείκνυσιν. ἐπὶ δὲ ἑώας ἀνατολῆς χρηματίσας, ἐναλλοιοῖ τὴν τῶν προειρημένων τάξιν, καὶ εἰς τὸ ἐναντίον μεταβάλλει: καὶ ὁτὲ μὲν φιλοτέχνους: ὁτὲ δὲ οἰκτροβίους ἀποδείκνυσι: πλὴν ἀστείων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ καθαρείων ἔργων ἐμπείρους. ὁτὲ δὲ καὶ μουσικοὺς ἢ διὰ φωνῆς ζῶντας, ἀποτελεῖ. ὁ δὲ τοῦ ☿ τὸν κατὰ κορυφὴν τόπον ἐπέχων, ἀπὸ λόγων, ἢ ἐπιστήμης, ἢ γραμμάτων, ἢ προφορῶν λόγων διαζῶντας ποιήσει: ὁτὲ δὲ καὶ ἐκσκέπτορας, ἢ * σπελνιαρίους, * ἢ ὑπογραφέας, ἢ νοταρίους, ἢ δικολόγους, ἢ συνηγόρους, ἢ νομικοὺς, ἢ ἑρμηνέας, ἢ τραπεζίτας ἀποδείνυσι. τοῦ δὲ ♂ συσχηματισθέντος, ἤτοι κατὰ συμπαρουσίαν ἢ τετράγωνον ἢ διάμετρον, ψεύστας, ἀθέους, ἀσεβεῖς, ἱεροσύλους, τὸ θεῖον ἀφαιροῦντας: προσεπιλύτοις, ἢ φαρμάκους, ἢ φαρμάκων συνίστορας, καὶ πλαστογράφους, καὶ τὸ παράπαν, κακωνύμους καὶ περιφύμους, τούτων ἕνεκεν ἐσομένους. ὁτὲ δὲ, καὶ δημίους ἢ δεσμοφύλακας, ἢ μεταλλάρχας, ἢ τελώνας ποιήσει. κακῶν γὰρ ἔργων πάντοτε, καὶ εἰς τὸ κακὸν ἄξονας, ἡ σύγκρασις τοῦ ☿, χωρὶς τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐπικουρίας, παρασκευάζει.

Lego, σκρινιαρίους: at ſit Latinum uocabulũ, ſicut & praecedens.

* Διὰ τὴν ἔγκλισιν τῆς σφαίρας πάντοτε τὸ ὑπέργειον μεσουράνημα, πρὸς νότον γίνεται. διὸ καὶ μεσημβρία λέγεται τὸ νότιον, διὰ τὸ περὶ αὐτὸ τὰ μεσουρανήματα γίνεσθαι. καὶ ὁ διὰ τῶν πόλων κύκλος, διὰ τοῦτο μεσημβρινὸς λέγεται. τοῦ δὲ ὑπεργείου μεσουρανήματος νοτιωτέρου γινομένου, ἀνάγκη, τὸ ὑπόγειον κέντρον βορειότερον γίνεσθαι. διὸ καὶ βόριον κέντρον ἐν τῷ τετάρτῳ τοῦτο ὠνόμασεν.

⊕ Ἔχων φάσιν ἑσπερίαν. φθάνει γὰρ καὶ οὗτος εἰς μεσουράνημα, μη μοι. τὴν μεγίστην ἀπόστασιν, ἀπὸ τοῦ ☉ ἀφιστάμενος. ἐν τισὶ γὰρ χρόνοις περὶ τὸ νότιον, τὸ μεσουράνημα οὐκ ἀπέχει τοῦ ὁρίζοντος, η μοι.

τὸ δὲ

claros denotat. In matutino autem ortu conſtituta, immutat priorum ſtatum, & in contrarium conuertit. Et aliâs artium amantes, aliâs miſerabilem vitam degentes homines ſignificat: elegantium tamen & mundorum operum plerunq; peritos, interdum & muſicos aut qui canendo ſe ſuſtentent efficit. Mercurij ſtella locum occupans verticalem: ex orationibus, aut ſcientia, aut literis, aut orationum pronunciationibus victum parat. Interdum & ſententiarum iudicialium exceptores, aut ſcriniorum publicorũ cuſtodes, aut ſcribas publicè collectarum per provincias pecuniarum, aut notarios, cauſarum oratores, advocatos, iuriſperitos, interpretes, aut numularios ſignificat. Marte verò illi configurato, ſive corpore, ſive radio quadrato aut oppoſito, mendaces efficit, contemtores Deorum, impios, ſacrilegos, rem divinam auferentes: præterea veneficos, aut venenorum conſcios, & falſarios: & in ſumma tales, qui ob hæc, in exiſtimatione mala & infames futuri ſunt. Interdum & lictores, aut cuſtodes carceris, aut metallicis præfectos, aut publicanos faciet. Malorum enim operum ſemper, & quæ ad malum dirigant, occaſiones præbet commixtio Martis cum Mercurio, ſine beneficorum auxilio.

* Propter inclinationem ſphæræ ſemper quod ſupra terram eſt cæli medium, ad Auſtrum vergit. Ideo & meridies dicitur, Auſtralis plaga, quòd ante ipſam medietates cæli reperiuntur: & circulus, qui per polos ducitur, ideò nominatur meridianus. Cùm autem medium cæli, quod ſupra terram eſt, auſtralius eſt factum: neceſſe eſt, medium cæli, quod infra terram eſt, in Boream magis declinare. Ideo & Borealem cardinem, in quarto domicilio appellavit.

⊛ Exiſtens in apparitione veſpertina. Præcedit enim & hæc verſus medium cæli, 48 partibus, in maxima ſua à Sole diſtantia conſtituta. Quibuſdam enim temporibus, verſus Auſtrum, medium cæli non diſtat ab horizonte 90 partibus.

VNDE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Τὸ γὰρ ἑνδέκατον ἀπὸ ὡροσκόπου, ἀγαθὸς δαίμων καλεῖται, τόπος ♃ ὑπάρχων. ἐν δὲ τούτῳ τῷ ζῳδίῳ παρατυχὼν, χαίρει. σημαίνει δὲ, τὸν περὶ συστάσεως καὶ προστασίας λόγον: πρὸς τούτοις δὲ, ἀγαθῶν ἐλπίδων ἐστὶ σημαντικός. ἐν δὲ τούτῳ τῷ τόπῳ ὁ ☉ τυχὼν, πατρὸς ἐνδόξου καὶ πλουσίου τὸν γεννηθέντα δείκνυσι: καὶ κατὰ τὴν τῶν χρόνων πρόβασιν, εὐδαίμονα καὶ εὐπερίκτητον αὐτὸν ποιήσει. ἡ δὲ ☾ ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου τυχοῦσα, καὶ μάλιστα νυκτερινῆς οὔσης τῆς γενέσεως, μητρὸς ἐνδόξου καὶ πλουσίας καὶ εὐπόρου ποιήσει: καὶ τὸν γεννηθέντα, εὔπορον καὶ εὐσχήμονα δείκνυσιν, ἐπὰν τὴν συναφὴν, πρός τινα τῶν ἀγαθῶν ἀστέρων ποιήσηται. ὁ γὰρ τοῦ ♄ ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου, τῆς αἱρέσεως ὢν, προβαινόντων τῶν χρόνων, τὰ τέλεια κλωμένους ἀποτελεῖ: ἀργοτέρους δὲ ταῖς πράξεσι καὶ ταῖς ἐπιβολαῖς ποιήσει. ὁ δὲ τοῦ ♃ τὸν ια τόπον, εἴτε νυκτὸς εἴτε ἡμέρας ἐπισχὼν, τὸν βίον ἐπαύξει, καὶ ἐν προφανείᾳ καὶ ἐν περικτήσει τίθησι, καὶ ἐπιδόξους ποιήσει, καὶ ἐπικρατεστέρους τῶν ἐχθρῶν, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀσινεῖς καὶ ἀπαθεῖς τοὺς γεννωμένους συντηρήσει. ἐπὶ γὰρ νυκτερινῆς γενέσεως ὁ τοῦ ♄ τὸν τόπον τοῦτον ἐπέχων, τῶν προκτηθέντων μειώτης γίνεται: ἀργοπράκτους γὰρ καὶ δυσεπιβόλους καὶ δυσπερικτήτους ποιήσει. ὁ γὰρ τοῦ ♂ τὸν ια τόπον ἀπὸ ὡροσκόπου ἐπισχὼν, ἐπὶ ἡμερινῆς γενέσεως, ἀπόκλησιν βίου, καὶ ἀποβολὴν πραγμάτων, καὶ τόπων μεταβολὰς καὶ ἀντιπτωμάτων δείκνυσι, καὶ τὸν περὶ τέκνων κακίζει λόγον. ἐπὶ δὲ νυκτερινῶν γενέσεων, πολλῶν ἀγαθῶν ὕπαρξιν ἐπιτελεῖ: κατὰ αἵρεσιν γάρ: καὶ ὑπὸ ὄχλων, τιμῆς καταξιουμένους, καὶ παρ' ὑπερέχουσι γνωστοὺς ποιήσει. ὁ γὰρ τῆς ♀ ἐκεῖσε χρηματίσας, εὐγάμους καὶ καλοβίους, εὐκτήτους, καὶ ἀνενδεεῖς τοῦ βίου, καὶ κατὰ τὴν τῶν χρόνων πρόβασιν εὐτυχοῦντας ποιήσει: ἐπάνπερ τῆς τῶν κακοποιῶν ἀκτῖνος, ἀκατόπλευτος τύχῃ. ὁ γὰρ τοῦ ☿, εἴτε ἐπὶ ἑῴας, εἴτε ἐπὶ ἑσπερίας ἀνατολῆς, ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου τυχὼν: ἀπὸ γραμμάτων διαζῶντας ποιήσει, καὶ τὰς πράξεις ἀφθόνους συντηρήσει, καὶ κατὰ τὴν τῶν χρόνων πρόβασιν, τὸν βίον ἐπαύξοντας ἀποδείκνυσιν:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

VNDECIMVM ab Aſcendente, bonus Genius vocatur, eſtq́; locus Iovis. In hoc ſigno præſens ipſe gaudet. Nunciat ea, quæ de commendatione & patrocinio prædicuntur: ac præterea bonas ſpes oſtendit. In hoc loco Sol conſtitutus, è patre illuſtri & divite natum ſignificat, ipſumq́; temporis progreſſu felicem faciet & locupletem. Luna hunc locum ſortita, maximè in geneſi nocturna, matre procreat divite & illuſtri, & rerum omnium copia affluente: ac natum opibus abundantem, & ſpecioſum ac decorum reddit, cùm ſe ad aliquam beneficarum ſtellarum applicaverit. Saturnus in hoc loco ſecundùm conditionem repertus, annorum decurſu integra ſua bona poſſidentes efficiet: ignaviores verò reddet in actionibus & conatibus. Iupiter undecimum locum ſive noctu ſive interdiu obtinens, rem familiarem auget, & in ſplendore ac divitijs collocat, glorioſosq́; faciet, & hoſtibus ſuis ſuperiores, ac ferè à vitijs & morbis natos cuſtodiet. In nocturna genitura Saturno hunc locum tenente, eorum quæ acquiſita ſunt, fit imminutio. Ignavos verò ad agendum, & quorum conatus ſint difficiles, & egenos, efficiet. Mars 11 ab aſcendente locum, in diurna geneſi poßidens, iacturam rei familiaris, & negociorum abiectionem, locorúmque & caſuum adverſorum immutationes monſtrat: & prædictionem de liberis infauſtam reddit. In nocturnis autem genituris bonorum copiam adducit. Eſt enim tunc ſecundum conditionem: & facit, ut nati ſint in honore & precio apud turbā, et noti atq; familiares potētibus. Venus ibi ſedē habens, felicitatē nuptiarum, et elegantiā vitæ dat, & locupletes efficit, victuq́; non indigentes, et quibus ætatis progreſſu feliciter omnia ſuccedant: ſiquidem à radio maleficorum fuerit libera. Mercurius ſive in matutino ſive veſpertino ortu hunc locum ſortitus, ex literis victū parantes ſignificat, atq; ut actiones invidia careant, efficiet: utq́; natus rem familiarē paulatim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

νουσιν· ὁ τε γὰρ, καὶ ἀρετῆς αἴτιος, καὶ ἐπιστήμης μετέχοντας ἀποτελέσει.

Τὸ δὲ ιβ ἀπὸ ὡροσκόπου καλεῖται κακὸς δαίμων, καὶ παραναφορὰ τοῦ ὡροσκόπου. ♄ τόπος ὑπάρχων. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ τόπῳ ὁ τοῦ ♄ ἀστὴρ, ἐπὶ ἡμερινῶν γενέσεων, ἀρσενικὸν ζῴδιον ἐπέχων, μόνος χαίρει, καὶ πάντοτε τῶν ἐχθρῶν καθυπερτεροῦντας καὶ καταδυναστεύοντας ποιήσει, καὶ ἐν ταῖς ἰδίαις πράξεσιν ἀσχολοῦντας. τοποκράτορας γὰρ, καὶ ἀρχικοὺς, καὶ ἰσχυροπράγμονας, καὶ τυραννικοὺς τοῖς ἤθεσιν ἀποδείκνυσι. σημαίνει δὲ καὶ ὁ τόπος οὗτος καὶ τὸν περὶ παθῶν καὶ τοκετοῦ καὶ ἐχθρῶν καὶ δούλων ἀρσενικῶν καὶ τετραπόδων λόγον. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ τόπῳ ὁ ☉ παρατυχὼν, πατρὸς ἀποξένωσιν, ἢ ὀρφανίαν δηλοῖ· καὶ τὸν πατέρα κακίζει διὰ πάθους ἢ σίνους, ἢ ἐκ πτώσεως, ἢ ἀπὸ πενίας, ἢ ἀδοξίας, ἢ ἀγεννείας αὐτὸν τὸν πατέρα ἔνοχον διασαφεῖ, καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς γεννηθέντας, ἀνεπιφανοὺς καὶ πένητας καὶ ἀπόρους δείκνυσιν. ἡ δὲ ☾, μητρὸς δούλης, ἢ ἐλαχίστης, ἢ ἀδόξου, ἢ ἐκπτώτου, δηλοῖ. ἐὰν γὰρ ὑπὸ κακοποιοῦ ἀστέρος θεωρηθῇ, ἢ πρός τινα τῶν κακοποιῶν τὴν συναφὴν ποιήσηται· ἐπιπαθεστέραν, σεσινωμένην, ἢ ὀλιγοχρόνιον, τὴν μητέρα δείκνυσιν· αὐτοὺς δὲ πένητας καὶ ἀθλίους, καὶ ἐν ἀτυχίᾳ διὰ παντὸς ἐξεταζομένους ποιήσει. ὁ δὲ τοῦ ♃ τὸν τόπον τοῦτον ἐπισχὼν, ἐχθρῶν ἐπαναστάσεις * καὶ κερολογίας * πρὸς ἐλαχίστους, καὶ τῶν πατρικῶν ἐλάττωσιν ποιήσει. πλὴν, ἐν τῷ περὶ δούλων καὶ τετραπόδων, καλὸς καὶ ἐπωφελὴς, ἐπιτηδειότητα περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἔχων. ὁ δὲ τοῦ ♂ ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου τυχὼν, τὸν περὶ δούλων καὶ τετραπόδων λόγον κακίζει, καὶ τὰς ὑπὸ δουλικῶν προσώπων ἐνέδρας καὶ αἰτίας παρέχεται. ὁ γὰρ τῆς ♀ ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου τυχὼν, διὰ γυναικείας προφάσεις λυπουμένους, καὶ πάθεσι ψυχικοῖς περικυλιομένους, τουτέστιν, ἐρωτικοὺς ποιήσει. ἐπιμίσγονται δὲ καὶ δούλαις, ἢ γηραιαῖς, ἢ * ἐγαμελοῦσιν *· ὧν χάριν, ἐν ἀτεκνίᾳ διατελοῦσιν. ἐὰν γὰρ ὁ ὑποδεξάμενος τὸν τῆς ♀ ἀστέρα † ἐπίκεντρος χρηματίσῃ.

* * περιττολογίας, κενολογίας, κυρολογίας, aut ſimile quid legendum arbitror.

* * Lego, ἐπαμελοῦσιν.

adaugeat: interdum & virtutis ſit cauſa, & ſcientiæ participes faciet.

DVODECIMVM ab Aſcendente vocatur malus Genius, & horoſcopum anteuertens: eſtq́ locus Saturni. In hoc enim Saturni ſtella maſculinum ſignum tenens, in genituris diurnis, ſola gaudet. Semper autem efficit, qui ſuperiores ſint ſuis hoſtibus, eosq́ ſua potentia opprimant, & qui in proprijs actionibus ſedulò occupentur. Etenim regionum dominos, aliisq́ imperantes, & qui fortiter res gerunt, crudelesq́ moribus denotat. Significationem etiam facit hic locus, de ægritudinibus, & partu, & inimicis, ſeruisq́ maſculis, & quadrupedibus. In hoc loco Sol apparens patris peregrinationem aut orbitatẽ nunciat, eumq́ affligit aliquo morbo vel vitio corporis, aut ruina vel paupertate opprimit: aut patrem contemtum & ignobilem: ipſosq́ natos, obſcuros & pauperes atq́ inopes fore demonſtrat. Luna ſignificat matrem ſervam, aut infimæ conditionis, aut deſpectam, aut de ſtatu ſuo deiectam. Quando verò ſtellæ maleficæ configurata fuerit, aut ad aliquam maleficarum ſe applicaverit: affectionibus magis obnoxiam, ignotam, aut brevis vitæ matrem futuram oſtendit: ipſos verò natos, pauperes & miſeros atq́ omni infelicitate diuexatos efficiet. Iupiter hunc locum obtinens, inimicorum rebelliones, & * * adversus inferiores, & eorum, quæ ad patrem ſpectant, diminutionem afferet. Veruntamen ubi de ſervis & quadrupedibus agitur, bonus eſt & utilis, & ad hanc prædictionis partẽ valdè accõmodatus. Mars ſortitus hunc locũ infelicia reddit, quæ de ſervis et quadrupedib. præſignificantur, & à ſervilibus perſonis inſidias atq́ cõtroverſias movet. Venus in hoc loco reperta, occaſione mulierum affligit, et perturbationib. animi inuolutos, hoc eſt, in amorẽ valdè propenſos efficiet: commiſcentur tales & ancillis, aut vetulis, aut ſcortis, qua de cauſa ſine liberis degunt. Quando verò Saturnus Venerem † excipiens in cardine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Alia via, obſeruando Lunam ſolam, ſive noctu ſive interdiu, ſic proceditur. Quæritur, in quo ſigno ſit Luna: poſtea quando inventa fuerit, quæritur, cuius finem obtineat, hoc eſt, monomœria illa, cuius ſtellæ ſit finis: & de ea ſtella quærunt, quam trigonalem obtineat partem, appropinquantem Aſcendenti craſſo modo, parte una plus aut minus: & quæ appropinquat ſecundum plus aut minus, illam dico aſcendentem partem eſſe. Vt in priore exemplo: Luna in virginis parte 23 inventa eſt, in terminis Martis. Video in ſigno aſcendente, ubi Mars habeat trigonalem ſuam monomœiriam, hoc eſt, ipſam 23 partem Virginis, in eodem exemplo: nam & ibi 23 erat pars aſcendens: & invenio hunc, in 22 ſecundi trianguli, ſecundum expoſitionem tabellæ. Hæc igitur pars eſt aſcendens. Atque hæ viæ ſic congruunt.

De temporibus, quibus grauiſsima vitæ, fortunarumque pericula accidere ſolent.

A. Gellius lib. 3. cap. 16.

Vſu compertũ eſt, lethiferos aut periculoſos eventus accidere certis temporib., ex incurſu, ſecundũ inambulationẽ, ☉ & ☾, interdum & aſcendentis, in maleficorum radios: ſive corporeo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

συμπαρουσίαν, ἢ τρίγωνον, ἢ διάμετρον, ἢ κατὰ τετραγωνικὴν,
ἢ ἑξαγωνικὴν πλευράν. καὶ ἡ μὲν τρίγωνος πλευρὰ, καθ'
ὁιονδήποτε μέρος, εἴτε κατὰ δεξιὸν, εἴτε κατὰ εὐώνυμον, διεκφυ-
γεῖν τοὺς ἐπιφερομένους κλιμακτῆρος δίδωσιν ἀκινδύνως. ὡσαύ-
τως δὲ καὶ τὸ δεξιὸν † ἑξάγωνον: καὶ ἡ κατὰ τὸ δεξιὸν τετρά-
γωνον πλευρὰ, ἀβλαβὴς γίνεται: τῆς κατὰ τὸ εὐώνυμον τετρα-
γώνου πλευρᾶς κινδυνούσης μᾶλλον, παρὰ τὰς ἄλλας πλευρὰς
καθεστώσης. ἡ δὲ ἑξάγωνος καὶ ἡ διάμετρος, καὶ ἡ κατὰ παρουσίαν ἐκ
συναντήσεως γινομένη * κόλλησις, ἀναιρετικὴ καὶ θανατικὴ καὶ ἐπι-
κίνδυνος νοείσθω: τὸ κατὰ τὸ εὐώνυμον ἑξαγώνου πλευρᾶς, ἐλα-
** *Lego,* φροτέρας τῶν προτέρων πλευρῶν τυγχανούσης. τὸ δ' * ἄν τὸ *,
αὐτό. καὶ ἡ τῶν φώτων συνάντησις, ἢ κατὰ συμπαρουσίαν, ἢ διάμε-
τρον στάσιν, ἢ πρὸς τὸν ἀναβιβάζοντα ἢ καταβιβάζοντα, κόλ-
λησιν ποιουμένη, δύναται. καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἡμερινῶν γενέσεων,
τὴν ἐκ τοῦ ἡλιακοῦ περιπάτου γινομένην, πρὸς τὴν τοῦ ♂ κόλλη-
σιν, ἐπικίνδυνον εἶναι λέγει. ἐπὶ δὲ τῶν νυκτερινῶν γενέσεων,
τὴν ἐκ τοῦ σεληνιακοῦ γινομένην πρὸς τὴν τοῦ ♄ κόλλησιν,
ἐπίφοβον κλιμακτῆρα σημαίνουσαν λέγει. εἰς δὲ τῶν φωτῶν
ἐκ περιπάτου, πρὸς τὸν ἀναβιβάζοντα ἢ καταβιβάζοντα γινο-
μένη κόλλησις, ἐπικίνδυνος νοείσθω, εἴτε ἡμέρας εἴτε νυκτὸς.
ἡ δὲ ἐκ τοῦ ἡλιακοῦ περιπάτου γινομένη, εἴτε ἐπὶ νυκτερινῆς εἴτε
ἐπὶ ἡμερινῆς, πρὸς τὴν ☾ κόλλησις, ἐπικίνδυνος καὶ θανατη-
φόρος σοι νοείσθω. ὡσαύτως καὶ ἡ τοῦ σεληνιακοῦ περιπάτου
πρὸς τοῦ ☉ γινομένη κόλλησις, εἴτε νυκτὸς εἴτε ἡμέρας, κίνδυ-
νον θανατηφόρον σημαίνει. ἀεὶ δὲ αἱ πρὸς τοὺς αἱρεσιάρχας
** *Lego,* ἀστέρας, ἐκ περιπάτου γινόμεναι συναντήσεις, παροδικοὺς καὶ
σημαίνουσι. ἐπικινδύνους ἔσεσθαι τοὺς κλιμακτῆρας * συμβαίνουσι. * παρα-
* *Lego,* τηρεῖσθαι ⊛ δὲ δεῖ περὶ * τοῖς ἄρρεσιν *, ἐν ταῖς ✤ κατεπέμβα-
ταῖς αἱρέ- σιν καιρικαῖς προόδοις, τὸν ☉, καὶ τοὺς κακοποιοὺς ἀστέρας, ἐπὶ
σεσιν. τῶν κέντρων, ἢ καὶ ἐπὶ τῆς ☾, ἢ καὶ τοῦ κλήρου τῆς τύχης, ἢ τὸν
τοῦ ☿, ἢ καὶ τὸν ἀναβιβάζοντα ἢ καταβιβάζοντα παρατυχόν-
τας:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

congreſſu id fiat, ſive radio triangulari vel oppoſito, ſive quadrato aut ſextili. Et radius quidem triangularis, in utramcunq́ partem porrigatur, ſive in dextram, ſive in ſiniſtram, facit; ut ſine periculo effugere liceat irruentem climacterem. Similiter & dexter † ſextilis aſpectus. Et qui in dextram eſt, radius quadratus, haud eſt noxius. Qui verò in ſiniſtram eſt aſpectus quadratus, maximè periculoſus eſt præ cæteris. Sextilis quoq́, & oppoſita, & quæ corpore facta eſt ex occurſu, cōglutinatio, exitioſa, lethalis & periculoſa eſſe iudicetur: ita,† ut qui in ſiniſtram eſt ſextilis radius, mitior ſit cæteris. Idem poteſt & luminum occurſus, qui aut corporis præſentia, aut per oppoſitam ſtationem, cum nodo evehente vel devehente conglutinationem efficit. Et quidem in diurnis genituris, ex ſolari inambulatione factam cum Marte conglutinationem, periculoſam eſſe dicito: in nocturnis verò genituris, ex Lunari factam cum Saturno, metuendum climacterem ſignificare pronunciabis. Cùm verò alterum lumen ex inambutatione, cum nodo evehente vel devehente conglutinationem fecerit: ea periculoſa eſſe cenſeatur, ſive interdiu ſive noctu. Sed quæ ex Solari inambulatione, ſive in nocturna ſive diurna genitura, fit cum Luna conglutinatio, periculoſa & lethifera eſſe cogitetur. Similiter & Lunaris inambulationis cum Sole facta conglutinatio, ſive noctu ſive interdiu, periculum deſignat lethiferum. Semper verò ad principes conditionis ſtellas, inambulatione facti occurſus, propinquos & periculoſos climacteres efficiunt. Cæterùm obſervare ☉ oportet circa conditiones, in temporalibus ſecundum ingreſſum ☊ tranſitibus, Solem & maleficas ſtellas, quæ ſunt in cardinibus, aut etiam cum Luna, aut cum parte fortunæ, aut cum Mercurio, aut nodo evehente vel devehen-*

Agit de eventuum momentis inveſtigandis, per Directiones, ut nominant, præcipuorum locorum hylegialium. Ptolemæo ἀφέται ſunt, gubernatoris vitæ, & aliorum ſignificatorum, quando in anæretam vel promiſſores obvios incidunt, corpore vel radio. τοῦ τετραβ. lib. 3. Cap. 14.

Ἐπεμβάσεις Ptolemæo ſunt ingreſſus planetarum, in loca vel genituræ præcipua, aphetica ſcilicet aut alia etiam: vel proceſſuum aut profectionum huius. Appellat etiā παρόδους, præſertim in Luna.

te:

τας: καὶ μάλιστα, ὅτε οἱ κακοποιοὶ ἐπὶ ἑώας ἀνατολῆς, καὶ ἐπὶ στηριγμὸν φέρονται. περὶ; τούτοις δὲ, καὶ τοὺς ἐνιαυτοὺς, τοὺς ἐμπίπτοντας ἐν τῇ προγεγενημένῃ συνόδῳ εἴτε πανσελήνῳ τῆς ζητουμένης γενέσεως, ἢ ἐν τοῖς τούτων τετραγώνοις ἢ διαμέτροις. τοὺς δὲ τῶν φωστήρων ἢ τοῦ ὡροσκόπου περιπάτους, πρὸς τὸ οἰκεῖον κλίμα πραγματεύεσθαι δεήσει.

† Τὸ ἀπὸ τῶν ἡγουμένων ἑξάγωνον, μέσον ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ.

* Οἷον ἐὰν ὁ ♂ ἐστὶ παραιρέτης. ἐὰν γὰρ ὁ ♂ ἐπὶ ἡμερινῆς γενέσεως σχηματίσῃ τὸν ὡροσκόπον, φαυλότατον: εἴτε ἐπὶ νυκτερινῆς, μέτριον. δεῖ δὲ σκοπεῖν καὶ τὰς ἐπεμβάσεις.

⊕ Ὅταν κατὰ μόριον καὶ μοιρικῶς τὸ ἑξάγωνον γίνηται. Αὐτίκα γὰρ ἐξ ἀνωνύμων * οὐ * τὸ ἑξάγωνον ἀναιρεῖ: εἰ μὴ διακόπτεται ὑπὸ παρουσίας ἢ ἀκτῖνος τινὸς ἀγαθοποιοῦ. εἴδε ἐκ τῶν ἀνωνύμων, ἢ μήπω δὲ ἢ μοιρικῶς καὶ κατὰ ἰσοσκελίαν, ἀλλὰ μοιρικῶν * ἐν δεῖ *: τότε κατὰ κόλλησιν λέγεται τὸ τοιοῦτον σχῆμα, τῆς κολλήσεως ἑτέρας οὔσης ἐνταῦθα, παρὰ τὴν προειρημένην. ὅσοι γὰρ εἰσὶν οἱ μεταξὺ χρόνοι, τῆς δὲ ἡγουμένης καὶ τῆς ἑπομένης: τοσοῦτοι χρόνοι διελεύσονται, καὶ ὁ κλιμακτὴρ γενήσεται, μέχρι τῆς τοῦ ἀστέρος, ἢ τοῦ σχήματος μοιρικῆς κολλήσεως. ἡ τοιαύτη γὰρ κόλλησις, καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ χρόνους ζωῆς μεθόδου, τοὺς τῆς ζωῆς δίδωσι χρόνους. ὡς καὶ ὁ Πτολεμαῖος, ἐν τῷ περὶ χρόνων ζωῆς, τὴν μὲν ἀρχὴν τῶν ♊, ἀναιρετικὴν ὑποθέμενος, τὴν δὲ ἀρχὴν τοῦ ♈ τὴν καὶ ἀφετικὴν, τοὺς χρόνους τῆς ζωῆς κατὰ τὰς διαφόρους θέσεις αὐτοῦ ἐμεθόδευσε. μέχρις γὰρ ἂν κολλήσῃ ἡ τῶν ♊ μοῖ, τῇ τοῦ ♈: μέχρι τότε τὰ τῆς ζωῆς ἔτη συμπληρωθῶσιν ἄν. κόλλησις οὖν καὶ παρ' ἐκείνῳ ἐστὶν, ἥτις καὶ ἐνταῦθα κατὰ περίπατον λεγομένη.

* * *Delendam puto hunc particulam: vel legendũ,* ὂν

* * *Legendum,* ἐνδεῖ:

☙ Ἐπέμβασίν φησιν, ὅταν ἐπὶ τῶν ἀντιγενέσεων τὸ διάθεμα κατέχοντες τῆς γενέσεως, ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου ἐξάγοντες τοὺς

χρόνους

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

te: & maximè, quando maleficæ in matutino ortu, aut circa ſtationem feruntur. Inſuper verò & annos, qui in præcedentem luminum coniunctionem vel oppoſitionem eius genituræ incidunt, aut in horum quadrata vel (alterutrius luminaris) oppoſitionem. Luminarium verò inambulationes, vel Aſcendentis, ad proprium clima ſupputandæ ſunt.

† *Sextilis aſpectus, qui eſt contra ſignorum ordinem, medius eſt inter bonum & malum.*

⋆ *Veluti quando Mars eſt præter conditionem. Cum enim Mars in diurna genitura aſpexerit Aſcendens, peſſimum eſt: ſi verò in nocturna, mediocre. Conſiderandi verò ſunt & ingreſſus.*

⊛ *Quando in aliquo ſigno partiliter ſeu æquali numero partium factus fuerit ſextilis. Nam ſextilis (eiuſmodi) à ſiniſtris, ſtatim interficit: niſi præcidatur præſentia aut radio alicuius beneficæ. Sin à ſiniſtris quidem fuerit, ſed non partiliter & ſecundum æqualia latera, ſed ut partes quædam deficiant: tunc ſecundum conglutinationem tale Schema conſtitutum dicitur, conglutinatione alia hinc exiſtente, ab ea, de qua antè dictum eſt. Quot enim intermedia tempora ſunt, inter præcedentem & ſequentem partem: tot tempora prætribunt, quando climacter futurus eſt, uſq; ad ſtellæ aut figuræ partilem conglutinationem. Hæc enim conglutinatio etiam in inveſtigatione annorũ vitæ, dat vitæ tempora. Sicut & Ptolemæus, cùm de temporibus vitæ agit, & principium Geminorum pro parte interficiente habet, principium verò Arietis pro vitam prorogante: tempora vitæ ſecundùm diverſas eius poſitiones, ratione certa inveſtigavit. Quando enim conglutinaverit ſe Geminorum pars cum parte Arietis, tunc anni vitæ completi erunt. Ergo conglutinatio apud illum eſt, quæ & hîc ſecundum inambulationem dicitur.*

⁂ *Ingreſſum vocat, quando in contragenituris conſtitutionẽ natalitiam aſſumimus, & ab Aſcendente deducentes tempora,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

χρόνους, καταντήσωμεν εἰς τὸ ζώδιον. λέγεται γὰρ ἐπέμβασις τοῦ ἔτους ἐκείνου, κατ' ἐκεῖνο τὸ ζώδιον. ἐὰν οὖν ἐν τοῖς κέντροις τῆς γενέσεως τὸ ἔτος ἐκπεσὸν τύχῃ, κατὰ τὴν περίοδον τοῦ χρόνου, ἢ ἐπὶ τοῦ κλήρου τῆς τύχης, τῆς ἐν τῇ γενέσει δηλαδή. καὶ γὰρ καὶ τὰ κέντρα τῆς γενέσεως δεῖ νοεῖν, ἢ τὸν κλῆρον τοῦ δαίμονος. ἢ ἔνθα ἦν τότε ἀναβιβάζων ἢ ὁ καταβιβάζων; καὶ μάλιστα, ἐὰν στηρίζωσιν, ἢ ἑῷοι ἀνατολικοὶ εὑρεθῶσιν: ἐπιτείνεται τηνικαῦτα τὸ κακόν. ὡσαύτως καὶ ἐὰν ἐν τῇ συνόδῳ καὶ πανσελήνῳ τῇ προσεχῶς ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς γενέσεως γενομένῃ, ἐκπέσωσιν, ἢ ἐν τοῖς τούτων τετραγώνοις ἢ διαμέτροις.

Μέθοδος κολλήσεως ☉ καὶ ☽ καὶ ὡροσκόπου.

Ἡ δὲ τῶν ἡλιακῶν ἢ σεληνιακῶν εἴτε ὡροσκοπικῶν περιπάτων πραγματεία, ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον. ἀφ' ἧς μοι. ἐπὶ γενέσεως εὑρίσκεται εἴτε ☉, εἴτε ☽, εἴτε ὡροσκόπος, λογιούμεθα, ἕως ἂν συναντήσῃ ἑνὶ τῶν προκειμένων ἀστέρων, καθ' οἱονδήποτε σχῆμα, ἢ ἕως ἂν ἔξαλμα ποιήσηται, ἀπὸ ζωδίου ἐπὶ ζώδιον. καὶ ἂν μὲν συναντήσῃ ἑνὶ τῶν προκειμένων ἀστέρων, πρὸ τοῦ ἐξάλματος, κατὰ τὸ αὐτὸ ζώδιον ἑνὸς τῶν κακοποιῶν ὑπάρχοντος; ταχύτερον τῶν προκειμένων κλιμακτήρων τὸν κίνδυνον ἐπιφερόμενός ἐστιν. ἐὰν δὲ τὸ ἔξαλμα ποιήσηται, πλὴν συναντήσει τινὶ τῶν προειρημένων ἀστέρων; ἐν τῇ τοῦ ἐξάλματος χρονογραφίᾳ, τὴν τοῦ κλιμακτῆρος αἰτίαν ἀποτελέσει. ὑποδείγματος χάριν. ☉ ♏ μοι ιε. ♂ ♌ μοι κγ. ☽ ♐ μοι ϛ. ἡ ὡροσκόπησις, ♏ μοι κδ. πραγματευσόμεθα πρῶτον, τὸν τοῦ ☉ περίπατον. καὶ ἣν ποιεῖται πρὸς ♂ καὶ ἡ ☽ κατὰ συνάντησιν μοιρικὴν κόλλησιν. πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸν τοῦ ὡροσκόπου περίπατον, καὶ ἣν ἐκ τῆς συναντήσεως ποιεῖ τὴν κόλλησιν ἡ ☽, εἴτε πρὸς τὸν ☉, εἴτε πρὸς τὸν τοῦ ♂ ἀστέρα. Ἀρξώμεθα πρῶτον, ἀπὸ τοῦ

περιπά-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

pora, pervenimus ad aliquod ſignum. Dicitur enim ingreſſus anni illius, in illud ſignum. Quando ergo in cardinibus genituræ annus deſierit, ſcilicet temporis circuitum, aut in parte fortunæ, ea ſecundum, quæ eſt in genitura (nam & cardines genituræ oportet conſiderare, atq; ſortem Genij) aut in loco nos di euehentis vel devehentis, & maximè quando ſtellæ ſtationales fuerint, aut matutinæ orientales: tunc malum intenditur. Similiter & quando anni deſierint in novilunio aut plenilunio, quod proximum fuit tempore genituræ, aut in horum quadratis vel luminis alterutrius oppoſitione.

Ratio inveniendi conglutinationem Solis & Lunæ & horoſcopi.

Solis, Lunæ & Aſcendentis inambulationes hoc modo inveſtigare licet. Ab ea parte genituræ, in qua Sol, Luna vel Aſcendens reperitur, ſupputare incipiemus, donec occurrerit numerus uni poſitarum antè ſtellarum, ſecundum quemcunq; ſanè aſpectum: aut donec ſaltus factus fuerit, è ſigno in ſignum. Et cum occurrerit numerus uni poſitarum ibi ſtellarum, ante ſaltum, ita ut in eodem ſigno malefica reperiatur: celerius imminentium climacterum periculum adducet. Cum verò ſaltus factus fuerit, præterquam quòd occurrit uni alicui priorum ſtellarum: in temporis decurſu, quod ſaltui debetur, cauſam climacteris perficiet. Exempli gratia: Sol teneat Scorpii partem 15. Mars Leonis partem 23. Luna ſagittarii partem 6. Aſcendens, Scorpii partem 24. Inveſtigabimus primò Solis inambulationem: & quam ad Martem facit Luna ſecundùm occurſum, partilem conglutinationem: præterea verò & Aſcendentis inambulationem, & quam Luna facit ex occurſu conglutinationem, ſive cum Sole, ſive cũ Martis ſtella. Incipiemus primùm ab

τρόπος ἀφέσεως, ſive dirigendi modus, per aſcenſiones propoſiti climatis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

περιπάτου τοῦ ☉. ἐπειδὴ ὁ ☉ ἐστὶν ♏ μοι ιε, ἀνατέλλει δὲ καὶ κατ' αἰγυπτίους, ἐν τῷ δι' ἀλεξανδρείας κλίματι, ἐτῶν λε, μερίζω τὰ λε ἔτη, εἰς τὰς λ μοιρίας τοῦ ♏, καὶ τοῦ ἰσαναφόρου τούτου, λέγω δὴ τοῦ ♌: εὑρίσκω τὴν μοι τοῦ ♏ καὶ τοῦ ♌ μηνῶν ιδ. ἔστι δὲ ὁ ☉ μοι ιε. ὁ δὲ ♂ ἐπὶ τοῦ ♌ μοι κγ. λοιπὸν ἀπὸ τοῦ ☉ μέχρι τῆς τοῦ ♂ στάσεως, μοι η. ταῦτα ὀκτάκις ιδ, γίνονται μοι ριβ. ἐτῶν ἄρα θ, μηνῶν δ, ὁ ☉ ἐκ περιπάτου κατὰ συνάντησιν ἐν τῷ εὐωνύμῳ τετραγώνῳ τυχὼν, κατὰ φωτισμὸν, κόλλησιν πεποίηται πρὸς τὸν τοῦ ♂ ἀστέρα, καὶ ἔδειξε θανατηφόρον κλιμακτῆρα. πάλιν ἐτῶν ιζ καὶ μηνῶν ϛ, ἔξαλμα πεποίηται, ἀπὸ τοῦ ♏ ἐπὶ τὸν ♐, καὶ ἔδειξεν ἕτερον ἐπικίνδυνον κλιμακτῆρα. πεποίηται δὲ ὁ ☉ τὴν ἐκ † περιπάτου κόλλησιν πρὸς τὴν ☾ ἐτῶν κγ, καὶ μηνῶν ι, ἐπὶ τοῦ ♐ ὑπάρχουσαν. ἔχει γὰρ ἡ μοι τοῦ ♐ * μοι, ιβ, ἡμέρας κ. τῷ αὐτῷ δὲ τρόπῳ καὶ τὸν τοῦ ὡροσκόπου περίπατον ποιήσεις, ὡς ἔχει τὰ προειρημένα τοῦ ὑποδείγματος, ἵνα καὶ ἐπὶ πάσης προθέσεως, οὕτω πραγματεύσῃ. παρέθετο δὲ ὁ τρισμέγιστος ἑρμῆς, ἐν τῇ ὑπὲρ κλημακτήρων πραγματείᾳ, λέγων οὕτως: οὐ πάντοτε οἱ ἐπιφερόμενοι ταῖς ἀνθρωπίναις γενέσεσι κλιμακτῆρες, νόσων παραίτιοι γίνονται: ἀλλ' ὅτε μὲν πένθους, ὅτε δὲ δικῶν. ἕτεροι δὲ μακρῶν ἢ χρονίων ἀποδημιῶν δοτῆρες γίνονται. καὶ οἱ μὲν διὰ τῶν παραιρέτων ἀποτελούμενοι κλιμακτῆρες, νόσων καὶ κινδύνων καὶ πένθους παραίτιοι χρηματίζουσιν: οἱ δὲ διὰ τῶν τῆς αἱρέσεως, ζημιῶν καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων.

* *Legendum*, μῆνας.

† Ὁ τοξότης ἀναφέρεται χρόνοις λα, 𐅷 οὗτοι ἐπὶ τὸν ιβ, γίνονται μῆνες τπ, σὺν τῷ διμοίρῳ. δωδεκάκις γὰρ λα, τοβ. ιβ. τὰ 𐅷, η. τὴν γὰρ ιβ τὰ 𐅷, η. μερίζω οὖν τπ μῆνας, παρὰ τὰς λ, ἐπιβάλλουσι μιᾷ ἑκάστῃ μοι, μῆνες ιβ, ἡμέραι κ. δωδεκάκις γὰρ τὰ λ, τξ. λοιποὶ μῆνες κ, ποιοῦσιν ἡμέρας χ. μερίζω ταύτας παρὰ τὸν λ, καὶ ἐπιβάλλουσιν ἑκάστῃ μοι, ἡμέραι κ.

Περὶ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

inambulatione Solis. Quoniam Sol eſt in Scorpii parte 15: oritur verò apud Aegyptios Scorpius in climate per Alexandriam tranſeunte, annis 35: divido 35 annos, in 30 partes Scorpii, & quod æqualiter cum eo aſcendit, ſigni leonis: invenio partem Scorpii & Leonis, menſium 14. Eſt verò Sol in parte Scorpii 15: Mars in leonis parte 23. reliquum à Sole uſq; ad Martis ſtationem, ſunt partes 8. Sumo octies quatuordecim, fiunt partes 112, annorum ſanè novem, menſium quatuor. Atq; hoc tempore Sol ex inambulatione ſecundùm occurſum, in ſiniſtro quadrato radio conſtitutus, conglutinationem facit cum Martis ſtella, & oſtendit lethiferum climacterem. Rurſum annis 17 & menſibus 6 elapſis, ſaltus factus eſt à Scorpio in ſagittarium, & denunciavit alterum periculoſum climacterem. Fecit & Sol ex inambulatione † cõglutinationem cũ Luna, annis 23 & menſibus 10, quæ fit in Sagittario. Habet enim una pars Sagittarii menſes duodecim, dies 20. Eodem modo Aſcendentis quoque inambulationem conſtitues, ſicut in præcedente exemplo oſtenſum eſt. Atq; ſic in propoſitis alijs exemplis operando procedes. Addidit verò Triſmegiſtus Hermes, in doctrina de inveniendis climacteribus, & hæc verba: Non ſemper, qui accidunt genituris hominum climacteres, cauſæ fiunt morborum: ſed interdum luctus, interdum pœnarum. Quidam verò longas aut diuturnas dant profectiones. Et climacteres, qui à ſtellis, quæ præter conditionem ſunt, producuntur, morborum & periculorum & luctus cauſæ exiſtunt: qui verò per conditionarias, damna & his ſimilia important.

† Sagittarius aſcendit temporibus 31, cum $\frac{2}{3}$. Hæc multiplicata per 12, faciunt menſes 380, cum beſſe. Duodecies enim 31, ſunt 372: duodecies $\frac{2}{3}$, ſunt 8: ſiquidem multiplicatis 12, in $\frac{2}{3}$, fiunt 8. Divido 380. menſes per 30: cedunt unicuiq; parti menſes 12, dies 20. Duodecies enim 30, ſunt 360. Reliqui menſes 20, faciunt dies 600. Divido hos per 30, & unaquæq; pars accipit dies 20.

Ὁ τῆς ☾ σύνδεσμος † καταλαμβάνεται, ὅταν κατὰ δεξιὰν ἢ εὐώνυμον πλευρὰν τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων, ἐν οἱῳδήποτε σχήματι τυγχάνουσα εὑρεθῇ. ὑπὸ σύνδεσμον γὰρ φερομένη εὑρίσκεται, ὅταν ἐντὸς τῆς πενταμοιρίας τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων πέσῃ, ἐπὶ σύνοδον φερομένη. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πανσελήνων σχημάτων τὸ τοιοῦτον γίνεται. ὁμοίως δὲ, καὶ ἐν τοῖς δυσὶ τριγώνοις τοῦ ☉, κατὰ τὸν προειρημένον τρόπον εὑρεθεῖσα, ὑπὸ σύνδεσμον φέρεται. ποιεῖται δὲ τὴν τοῦ συνδέσμου λύσιν, ὅταν ἐκ περιπάτου παρέλθῃ τὴν τοῦ ☉ μοι. καὶ εἰ μὲν κακοποιῷ ἡ τοῦ συνδέσμου λύσις ἀπαντήσῃ, πολλῶν κακῶν παραιτία γίνεται. εἰ δὲ στηρίζοντι ἢ ἀφεροῦντι τοῖς ἀριθμοῖς: μανίας καὶ συνοχὰς καὶ φθίσεις καὶ μακρονοσίας παρέχεται. ὅτε δὲ τινῶν δυσθεραπεύτων παραιτία γίνεται. *ἔσεσθαι,* ὅτε δὲ καὶ τῆς ζωῆς ἀφαιρεῖται. ἐπὶ πλέον δὲ αὐτῶν συνδέσμων λύσεις βαρεῖαι χρηματίζουσι, καὶ σφόδρα κακίζονται, ὅταν ἀπὸ συνόδου πρὸς ἄρην τὴν συνάντησιν ἡ ☾ λύσασα ποιήσηται: ἀπὸ πανσελήνου δὲ, πρὸς ♄. ἐνεργεῖς δὲ γίνονται. πρὸς τὸ ὠφελῆσαι ἢ βλάψαι, οἱ ἀπὸ πρώτης ἢ δευτέρας διχοτόμου λυόμενοι σύνδεσμοι. ὠφελῆσαι μὲν, ὅταν πρὸς ἀγαθοποιοὺς. μὴ λανθανέτω δὲ σὲ, ὅτι ὁ διὰ τῶν φωτῶν γινόμενος περίπατος, ὅτε εἰς τὸ εὐώνυμον τετράγωνον, εἴτε ♄ εἴτε ♂ εἴτε ☉ τὴν κόλλησιν ποιήσηται: τὸν τῆς ἀκτινοβολίας λόγον ἐπέχων, κλημακτῆρα ἐπικίνδυνον ποιεῖ, ὡς οἱ σοφοὶ τῶν αἰγυπτίων ἐτεκμήραντο.

* * Legendum, ἔσθ'.

† Ἕτερος δὲ οὗτος σύνδεσμος, παρὰ τὸν ἀναβιβάζοντα καὶ καταβιβάζοντα. σύνδεσμος νῦν γὰρ λέγεται, ὅταν περὶ ε. μοί ἐστι, τῆς συνόδου τῆς πρὸς τὸν ☉: ἢ τοῦ ἑξαγώνου, ὅταν ᾖ μηνοειδής: ἢ τοῦ τετραγώνου, ὅταν ᾖ διχότομος: ἢ ἀμφίκυρτος, ὅταν τριγωνίζῃ: ἢ ὅταν διαμετρῇ, καὶ ᾖ πανσέληνος. καὶ ταῦτα μὲν, κατὰ τὰ εὐώνυμα, ὅταν ᾖ ἡ μὲν ☾ εἰς τὰ ἑπόμενα, ὁ δὲ ☉

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Lunæ nodus † invenitur, quando ipſa in dextro aut ſiniſtro latere radiorum ſolarium fuerit, quamcunq; ſanè figuram aut aſpectum conſtituens. Sub nodum enim fertur, quando intra 5 partes radiorum ſolarium fuerit, ad congreſſum cum Sole tendens. Idem circa pleniluniorum figuras accidit. Similiter in duobus triangulis Solis, eo quo dictum eſt modo reperta, fertur ſub nodum. Nodum verò ſolvit, quando ex inambulatione tranſierit partem vel punctum Solis. Et quando malefico occurrerit nodi ſolutio, multorum malorum cauſſa exiſtit. Sin ſtationali Planetæ aut qui motu tardus eſt: furores, anxietates, tabes & longos morbos affert. Interdum gignit vitia, quæ difficilem curationem admittunt. Eſt etiam, quando vitam auffert. Plerunq; verò nodorum ſolutiones graves ſunt & vehementer affligunt, quando à novilunio ſolvens Luna, Marti obviam facta fuerit: à plenilunio verò, Saturno. Efficaces ad iuvandum vel nocendum fiunt nodi, qui à prima aut altera dimidiata Luna ſolvuntur. Ad iuvandum quidem, quando ad beneficos fiunt. Cæterùm non te lateat, quòd à luminaribus facta inambulatio, quando in ſiniſtro quadrato, cum Saturno aut Marte aut Sole conglutinationem fecerit: radiorum proiectionem inhibens, climacterem periculoſum facit, quemadmodum ſapientes Aegyptiorum ſtatuerunt.

† *Alius hic nodus eſt ab eo, qui evehens aut devehens nominatur. Nodus enim nunc dicitur, quando Luna 5 partes habet, ante congreſſum cum Sole: aut ante ſextilem, cùm fuerit corniculans: aut ante quadratum, cùm dimidiata: aut utrinq; gibboſa, cùm fuerit in triquetro Solis: aut cùm in oppoſitione, & plena toto orbe fuerit. Et hæc verſus ſiniſtra numerando intelligantur, Luna ſecundum ſignorum ordinem reperta, Sole*

contrà.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

εἰς τὰ ἡγούμενα. ὅταν δὲ μετὰ πανσέληνον ἡ ☾ πορεύηται πρὸς τὸν ☉, λέγεται μὲν εἶναι καὶ σχηματίζεσθαι, κατὰ δεξιά: ὅτι ἐστὶ εἰς τὰ ἡγούμενα αὕτη, ὁ δὲ ☉ εἰς τὰ ἑπόμενα. καὶ πάλιν περὶ μὲν ε μοιρῶν τοῦ τριγωνίσαι, ἢ τετραγωνίσαι, ἢ ἑξαγωνίσαι, λέγεται ποιεῖν σύνδεσμον. μετὰ δὲ τοῦ * ἀπαρτισματοῦ * σχήματος, ὅταν μοιρικῶς σχηματισθῇ, εἶτα μικρὸν ἀποστῇ: λέγεται λύειν σύνδεσμον, μέχρι μοιρῶν ε.

** Legendum, ἀπαρτισμοῦ τοῦ

Περὶ οἰκοδεσποτείας.

Ὁ τῆς οἰκοδεσποτείας τρόπος καταλαμβάνεται ἔκ τε ☉ καὶ ☾, ἐπάνπερ ἐν τοῖς χρηματίζουσι τόποις τῆς γενέσεως εὑρεθῶσι. καὶ ἐπὶ μὲν ἡμερινῆς γενέσεως, σκοπεῖν δεήσει, τοῦ ☉ τὸν ὁριοκράτορα, ἢ οἰκοδέκτορα, ἢ τριγωνικὸν δεσπότην. ἐπὶ δὲ νυκτερινῆς γενέσεως, τῆς καὶ ☾ τὸν ὁριοκράτορα, καὶ τὰ λοιπὰ ὡς ἔχει, κατὰ τὸν προκείμενον τρόπον. τῶν δὲ προειρημένων τρόπων, ἐπὰν εἷς ἀστὴρ παρὰ τοὺς ἄλλους, πλείους ἔχῃ ψήφους, καὶ ἐπὶ ἑῴας ἀνατολῆς, ἢ ἐπίκεντρος, ἢ ἰδιοθρονῶν εὑρεθῇ: αὐτὸς τὴν οἰκοδεσποτείαν ἔχει, καὶ μάλιστα, ἐὰν κατοπτεύσῃ τὸ τῆς αἱρέσεως φῶς. οἱ δὲ χρηματίζοντες τόποι εἰς τὸν περὶ οἰκοδεσποτείας λόγον, εἰσὶν οὗτοι: ὁ ὡροσκόπος, τὸ μεσουράνημα, ὁ ἀγαθὸς δαίμων, καὶ ἡ ἐπαναφορὰ τοῦ ὡροσκόπου, καὶ τὸ ἐπιδυόμενον ζώδιον. ἐπὶ γὰρ τούτων τῶν τόπων ἐὰν τὰ φωσφοροῦντα σώματα τύχῃ, τὸν οἰκοδεσπότην ἀποδείκνυσιν. ἐὰν δὲ ἐκπέσωσι τῶν προκειμένων τόπων, τότε τὸν ὁριοκράτορα, ἢ τριγωνικὸν δεσπότην, ἢ οἰκοδέκτορα τῆς προγεγενημένης εἴτε συνόδου ἢ πανσελήνου σκοπεῖν δεήσει. ἐὰν δὲ προγεγενημένη σύνοδος εἴτε πανσέληνος ἀργήσῃ, τὸν δεσπότην τοῦ κλήρου τῆς τύχης, ἢ τοῦ δαίμονος, κατὰ τριγωνικὴν ἢ ζῳδιακὴν, ἢ τὸν τῶν ὁρίων οἰκοδεσπότην: πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸν κύριον τοῦ ὡροσκόπου. καὶ ὡς ἂν τούτων τῶν τόπων εὑρεθῇ κυριεύων, ἐν τοῖς προπαραδοθεῖσι τόποις, σχηματιζόμενος

contrà. Cùm verò Luna poſt plenilunium, ad ſolem perrexerit, dicitur eſſe & configurari verſus dextra: quoniam contra ſeriem ſignorum ipſa reperitur, Sol verò ſecundùm. Et rurſum 5 partibus ante trigonum, quadratum aut ſextilem, dicitur facere nodum. Poſt conſtitutionem verò figuræ vel aſpectus, quando partiliter primùm configurata fuerit cum Sole, deinde parum ab eo diſtiterit: ſolvere nodum dicitur, uſq; ad diſtantiam quinq; partium.

De dominio genituræ.

Dominium geniture ſumitur ex Sole & Luna, in præcipuis geniture locis conſtitutis. Et in diurna quidem genitura, conſiderare oportebit dominum finium Solis, aut domo recipientem, aut trigonalem dominum. In nocturna etiam dominum finium Lunæ, & cætera, ut jam eſt expoſitum. Quando verò una ſtella præ cæteris, plura habuerit ſuffragia, ſecundum modos, de quibus dictum eſt, & in matutino ortu, aut in cardine, aut in proprio ſolio reperta fuerit: ea dominium geniture obtinet, maximè quando aſpexerit conditionarium luminare. Loca quæ vim habent in conſtituendo dominio geniture, ſunt hæc: Aſcendens, medium cæli, bonus genius, ſuccedens aſcendenti, & ſignum occidens. In his enim locis cùm lumina fuerint, dominum geniture monſtrant. Sed cùm exciderint locis prioribus: dominus finium aut trianguli, aut domus præcedentis novilunii aut plenilunii conſiderandus erit. Quando verò proximum novilunium aut plenilunium hanc ad rem nihil profuerit, ſumetur dominus partis fortunæ aut Genii, ſive trianguli ratione, ſive ſigni: aut dominus Aſcendentis: & qui ſanè dominus horum locorum fuerit, configuratus in prius datis locis illi, à quo ſuſceptus eſt:

τιζόμενος ἐκείνῳ ᾧ ὑποδέδεκται: τὴν κυρίαν τῆς γενέσεως λήψεται. καὶ ὁ μὲν τοῦ ♄ τὴν οἰκοδεσποτείαν λαχὼν, ἐὰν καλῶς κείμενος τύχῃ, δίδωσι τὰ τέλεια ἔτη τῆς ζωῆς νζ. ὁ δὲ τοῦ ♃, οθ. ὁ δὲ τοῦ ♂, ξϛ. ὁ δὲ τῆς ♀, πβ. ὁ δὲ τοῦ ☿, οϛ. ἐὰν δὲ λόγον ἔχῃ ὁ ☉, ἢ ἡ ☾, πρὸς τὸν οἰκοδεσποτήσαντα τὴν γένεσιν ἀστέρα: Δίδωσιν ὁ ☉ μὲν, ρκ: ἡ δὲ ☾, ρη. καὶ ἐπὰν μέν τις τῶν πλανήτων τὴν οἰκοδεσποτείαν λάχῃ, ἐπιμαρτυρηθῇ δὲ

** *Lego*, τελείῳ. ὑπὸ μὲν τῆς ♀: προσλαμβανέτω *λεγείω* τῆς ζωῆς χρόνῳ, τὰ ἐλάχιστα αὐτῆς ἔτη η. ὑπὸ δὲ ☿, κ: ὑπὸ δὲ ♄ καλῶς καὶ οἰκείως κειμένου, ἔτη λ. ἀνοικείως δὲ τυχὼν, ἀφαιρεῖται τῆς ζωῆς ἔτη λ. ♃ δὲ προσδίδωσιν ἔτη ιβ: ♂ δὲ καλῶς καὶ οἰκείως κείμενος, ἔτη ιε: ἀνοικείως δὲ, ἀφαιρεῖται ταῦτα. νοείσθω

* *Deeſſe arbitror, particulam* ὑπὸ. δὲ τοῦτο, ἐπὰν οἱ προειρημένοι ἀγαθοποιοὶ ἀστέρες ἐν τοῖς ἀποκλίμασιν, ἢ * τὰς ἡλιώτιδας αὐγὰς εὑρεθῶσιν, ἢ τοῖς ἀριθμοῖς ἀφαιροῦντες, καὶ κατοπτεύωσι τὸν τὴν κυρίαν λαχόντα: *ἀρτοὶ* ἐν ταῖς τῶν ἐτῶν ἀφαιρέσεσιν ἢ προσδόσε-

** *Legendum*, ἄρτιοι. σι γίνονται. ὃν τρόπον, καὶ ὁ τῆς γενέσεως οἰκοδεσπότης, ἐν τοῖς ἀποκεκλικόσι ζωδίοις, ὑπὸ τὰς ἡλιώτιδας αὐγὰς πεσὼν, τῆς ἐλαχίστης ἀποκαταστάσεως δίδωσι τὰ ἔτη: ♄ μὲν, ἔτη λ, μῆνας λ, ἡμέρας λ, ὥρας λ. ♃ δὲ ἔτη ιβ, μῆνας ιβ, ἡμέρας ιβ, ὥρας ιβ. ὁ δὲ τοῦ ♂ ἔτη ιε, μῆνας ιε, ἡμέρας ιε, ὥρας ιε. ♀ ἔτη η, μῆνας η, ἡμέρας η, ὥρας η. ὁ δὲ τοῦ ☿. ἔτη κ, μῆνας κ, ἡμέρας κ, ὥρας κ. ὁ δὲ ☉, ἐπὰν πρὸς ἓν τῶν ἀρσενικῶν ζωδίων ἐπέχῃ, δίδωσιν ἔτη ιθ, μῆνας ιθ, ἡμέρας ιθ, ὥρας ιθ. ☾ δὲ, ἔτη κε, μῆνας κε, ἡμέρας κε, ὥρας κε.

Ὅπως ἐστὶν ἡ τοῦ κόσμου γένεσις.

Τὴν δὲ τοῦ θνητοῦ καὶ ἐπιγείου κόσμου γένεσιν, ἀθετοῦσαν πρὸς τὴν τῆς γενεθλιαλογικῆς μαθήσεως ἐπίσκεψιν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑποθέσθαι. τῶν περιπολούντων ἀστέρων ἀρχὴν ποιησαμένων, τῆς ἀποκαταστατικῆς διαλάμψεως, ἐπὶ τοῦ τοῦ θνητοῦ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

is dominium genituræ ſortietur. Ac ſtella quidem Saturni, dominium genituræ nacta, ſi benè poſita ſit, dat perfectos annos vitæ 57, Iupiter 79. Mars 66, Venus, 82 Mercurius 76. Sol & Luna, cùm reſpectum habuerint ad dominantem in genitura ſtellam, dant annos, Sol 120, Luna 108. Cæterùm cùm aliquis Planetarum dominium genituræ acceperit, & teſtimonium habuerit à Venere: aſſumantur ad perfectum vitæ tempus, minimi eius anni octo: à Mercurio 20: à Saturno benè & convenienter poſito, anni 30. Sed perperam poſitus Saturnus aufert 30 vitæ annos. Iupiter adijcit annos 12. Mars benè & convenienter poſitus, annos 15 addit: contrà, totidem aufert. Intelligatur autem hoc, quando beneficæ ſtellæ in cadentibus, aut ſub ſplendore radiorum ſolariũ repertæ fuerint, aut de numeris & motu ſuo aliquid minuerint, & aſpexerint dominum genituræ: tunc enim ad annorum ſubtractiones vel additiones idoneæ fiunt. Eodem modo etiam genituræ dominus in cadentibus ſignis, radios ſolares ingrediens, minimi circuitus dat annos: Saturnus annos 30, menſes 30, dies 30. horas 30. Iupiter annos 12, menſes 12, dies 12, horas 12. Mars annos 15, menſes 15, dies 15, horas 15. Venus annos 8, menſes 8, dies 8, horas 8. Mercurius annos 20, menſes 20, dies 20, horas 20. Sol quando in maſculinis ſignis fuerit, dat annos 19, menſes 19, dies 19, horas 19. Luna annos 25, menſes 25, dies 25, horas 25.

Quæ ſit mundi genitura.

Iul. Firmicus lib. 3. cap. 1.

Caduci huius & terreſtris mundi primam conſtitutionem neceſſe eſt exponere, cùm ad cognitionẽ doctrinæ, de prædictionibus natalitijs non parũ conducat: quando Planetæ initiũ fecerunt illuſtrationis, certo ordine ſemper in ſe redeuntis, in mor-

καὶ ἐπιγείου κόσμου κτίσεως. ᾧ τρόπῳ καὶ ἐμφανεῖς γεγόνασιν, ἐπὶ τῆς τῶν ἰδίων ζωδίων μοιρικῆς θέσεως, καθ' αἵρεσιν, οἰκείως τεταγμένοι τὴν τοῦ οὐρανοῦ φυσικὴν μελοθεσίαν. ὁ μὲν ☉, ἐπὶ τοῦ ♌ μοι ιθ. ἡ δὲ ☾, ἐπὶ τοῦ ♋ μοι ιε. ὁ δὲ ♄, ἐπὶ τοῦ ♑ μοι ιε. ὁ δὲ τοῦ ♃, ἐπὶ τοῦ ♐ μοι ιε. ὅδε τοῦ ♂, ἐπὶ τοῦ ♏ μοι ιδ. ὁ δὲ τῆς ♀, ἐπὶ τοῦ ♎ μοι γ. ὁ δὲ ☿, ἐπὶ τοῦ ♍ μοι ζ. ἀνατελλούσης τῆς ἐν καρκίνῳ βάσεως, κατὰ τὸν ὡροσκόπον μοι ιε: ὥρᾳ ια νυκτερινῇ καταλαμβανομένῃ. αὐτὴ ἐστὶν ἡ τοῦ θνητοῦ καὶ ἐπιγείου κόσμου γένεσις. ἐν τούτοις τοῖς ζωδίοις πρῶτον ἡ προκείμενοι ἀστέρες ἐξεφάνησαν, αἰώνιον ἔχοντες πνεῦμα, ἐν ἀφθάρτῳ μέρει κείμενοι. ὅθεν καὶ οἰκητήρια αὐτῶν, αὐτὰ τὰ ζώδια κατωνόμασαν.

Τέλος εἰσαγωγῆς Παύλου Ἀλεξανδρέως.

talis & terreſtris mundi fabricatione: quo modo & conſpecti fuerunt in propriorum ſignorum partibus, ſecundùm conditionem convenienter diſpoſiti, quæ eſt veluti membrorum omnium cœli, compages naturalis. Sol in Leonis parte 19. Luna in Cancri parte 15. Saturnus in Capricorni parte 15. Iupiter in Sagittarij parte 15. Mars in ſcorpij parte 14. Venus in libræ parte 3. Mercurius in virginis parte 7. Oriente in Cancro, circa horoſcopum, parte 15, hora noctis vndecima aſſumta. Hæc eſt mortalis & terreſtris mundi genitura. In his ſignis primùm ſtellæ iſtæ apparuerunt, æternum habentes ſpiritum, & robur perpetuum: unde & domus earum, hæc ipſa ſigna nominata ſunt.

Finis rudimentorum Aſtrologicorum Pauli Alexandrini.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]



LECTORI S.


CVM per ſe difficile eſt, linguam unam convertendo transferre in aliam, tùm res fit difficilior, quando de mendoſo exemplo id inſtituendum eſt, præſertim ſi argumentum ſit tale, in quo rei obſcuritas orationis lumen meritò deſideret. Nam & ignorari tum quædam neceſſe eſt, quæ vel omiſſa prorſus, vel malè ſcribendo perperamúe diſtinguendo, deprauata ſunt à librario: & ſolent obſcura atq; ambigua multa relinqui, quibus quæ explanationes, & unde adhibendæ ſint, non facilè reperias. Id quia mihi quoq; in convertendo hoc libello accidit, æquiores hac de cauſſa mihi futuros ſpero, quibus cognoſcere hæc placuerit. Et fortaſsis, qui hæc ſtudia non aſpernantur, aliquod iis etiam cognoſcendis operæ precium ſunt facturi, quod tamen uniuscuiusq; iudicio permitto. Cæterùm in hiſce vertendis eam rationem ſecutus ſum, ut neq; verbum verbo redderem, neq; longiùs tamen ac liberius à græcis diſcederem: quorum hoc, utramq; linguam conferre volentibus, odioſum: illud, à fido interprete alienum futurum fuiſſet. Quod autem uſu venire ſolet, ut uno obtutu non omnia perſpiciantur: inciderunt quædam, dum recognoſcendo libellum, typographi operas adiuvarem, de quibus accuratiùs cogitanti, paulò ſecus viſum eſt, quæ & ſeorſum hîc exponere libuit. Addita inſuper ſunt alia, quorum mentionem non alienam ab hoc inſtituto, nec doctrinæ huius ſtudioſis ingratam fore confido.


A 1. fa. 2. lin. 10. πρὸς τοῖς τέλεσιν, *converti generaliter: ad uſum prædictionum. Aliâs* τοῦ τέλους *vocabulo Ptolemæus utitur de morte: ita eſſet, ad vitæ terminos præſignificandos.*

ficandos. Compoſita dictio περιτέλεσις *eidem præ dictionem ſignificat,* τȣ̃ πετραβ. *lib. 2. Si lectio non eſt deprauata, hæc etiam ſententia eſſe poteſt: aſcenſiones eas circa finem cuiusq; ſigni Zodiaci, vt hîc ordine exponuntur, adiectas eſſe.*


A 2. fa. 2. lin. 6. τρίτῳ ἐννάτῳ) *In aßignandis per numeros aſcenſionibus ſignorum Zodiaci, autor inuſitatis notis utitur. Erant in manu ſcripto exemplo peregrini quoq; characteres alij, quos infrà annotari curavimus. Fuit talium uſus apud* σημειογράφους *Græcos, quando in celeritate* διὰ σημείων *ſcripſerunt, ſivè per notas quaſdam dictionum paucas & exiguas: unde Notariorum apud Latinos appellatio extitit.*

Ad ♈ & ♓, præter horam unam, aſſcripta erant  *hoc eſt, horæ* $\frac{1}{3}$ *&* $\frac{1}{9}$*, quæ ſunt 20 minuta prima horæ, & 6 prima atq; 40 ſecunda. Temporibus 41, aſſcriptus erat character* *, qui* $\frac{2}{3}$ *unius temporis, aut* $40'$ *ſignificat.*

Ad ♊ & ♑: hora una, *, quæ ſunt* $\frac{2}{3}$, $\frac{1}{6}$ *&* $\frac{1}{18}$ *horæ, hoc eſt,* $40'$ *&* $10'$ *&* $3'$ $10''$.

Ad ♍ & ♎: horæ duæ, *, quæ ſunt* $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{6}$ *&* $\frac{1}{18}$ *vel in ſumma,* $33'$ $20''$ *horæ.*

Dictionum quarundam notæ:



Cætera

Cætera non ita magni momenti erant.

B. 2. fa. 2. lin. 12. ſcriptum erat, οἱ δὲ ♊ ἀφωμοίωνται: *quod manifeſtè depravatum fuit. Eadem pagina, aſcenſiones ſignorum Zodiaci characteribus ſuperioribus notabantur.*

D. 3. fa. 1. lineis 11. & 12, rectius convertitur: cum Sole, cum Luna. Ambiguitatem enim peperit quòd caſus præpoſitioni addendus, non eſt expreſſus.

E 2. fa. 1. lin. 19 malo ſic legi: Cæterùm ſtellarum, quæ in eodem ſigno configurantur, præſentia & coniunctio, concors eſſe intelligatur, & efficax &c. Intelligit autem σύνοδον *ſtellarum in eodem ſigno.*

E 3. fa. 2. lin. à fine 2, pro συνομοζωνίας, *legendum puto,* ἐπὶ ὁμοζωνίας. *E regione in Latino, lin. à fine 3, pro utpote, lege ut.*

E 4. fa. 2. lin. 4. καθυπερτερήσεως *vocabulum eſt, quod de loci ſublimitate interpretatus ſum. Si quis de potentia aut dignitate mavult, non repugno. Nam* καθυπερτερεῖν *Aſtrologis de planeta dicitur, ad quem tardiorem motu, & in potentiore loco, aut in aliqua dignitate ſua conſtitutum, vel ad apogeum orbis ſui aſcendentem, alius planeta vadit: ſicut inter homines excellere is putatur, ad cuius gratiam humiliter & demiſſè alij ſeſe applicant.*

F. 2. in loco de phaſibus Planetarum ad Solem, miſcet autor φαινόμενα, *quæ alia tribus ſuperioribus, alia duobus inferioribus Planetis ſunt propria: quam ob cauſam rectè à ſcholiaſte reprehenditur, ac debent hæc & poſſunt facilè corrigi ex doctrina de motibus Planetarum, ubi* σύγκρισις *inſtituitur motuum in Eccentrico & Epicyclo.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

G ult. fa. 2. lin. 2. quid aliud ſignificent characteres, ξ. λ, non video. Legi enim μοίρας ἑξηκοστὰ (quæ & λεπτὰ) τριάκοντα: cùm aliјs ἀπόκρουσις Lunæ fiat, quando oppoſitam Solis ſtationem ſuperavit parte una.

H 3. fa. 1. lin. à fine 7, intelligendum eſt Scholion de applicatione & defluxu, quæ fiunt ex intervallo 30 partium. Horum enim effectio ſerius apparet: ne contrarium præcedenti ſcholio eſſe videatur.

H ult. f. 1. lin. 10, pro Aut ſi hæc, lege, Si verò hæc verſus Auſtrum fuerit, illa verſus Boream, & configuratio acceſſerit: permutabuntur etiam &c.

I primo, fa, 1. ſcholion in fine poſitum, mutilum & depravatum eſſe apparet. Ex ſequente etiam ſcholio, verboſo quidem, at nihilominus obſcuro, ſententiam expreſſi, ut potui: cùm depravatum multis locis eſſet, & toto ſuo contextu διαστολαῖς nullis diſtinctum. Quæſtiones autem, Quot ſint Deorum dies, & qualibet dies cuius ſit Planetarum: accommodationem continent dierum anni Aegyptij, ad dies & appellationes horum in anno Iuliano: in quæ inquirere volenti, aliquid fortaſſis adiumenti afferent præcepta, 6 & 7 tabularum Pruten. V. Cl. Eraſmi Reinholdi.

I primo, fa. 2. lin. 13, παρεωμένων, à παρίεμαι eſt, cuius præteritum παρεῖμαι: & Atticè, ει in εω mutato, παρέωμαι, dimiſſus vel exactus ſum: unde particip. παρεωμένος.

N 2. fa. 2. lin. à fin. 3. dubito, utrum νεοκορεῖς rectè ſcriptum ſit. Aliàs enim Græcis ſunt νεοκόροι, quod vocabulum latinum fecit Iul. Firmicus, de iјs, qui templa & res in his ſacras curant atque ornant.

N 3. fa. 2 lin. 8. ἐκσκέπτορας, Latinum vocabulum eſſe puto, cuiuſmodi multa uſurpata ſunt à Græcis. Apud Iul. Firmicum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

micum lib. 3. cap. 9. ſunt exceptores ſententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur. Ἀντιγραφεῖς *Polluci ſunt, qui Senatui aßident, & ſententias excipiunt, actaq́ literis conſignant. Firmico eſſe videntur ſcribæ publici, & exactores fiſcalium, ut nominat, pecuniarum.*

N ult. fa. 2. lin. 3, σύστασιν καὶ προστασίαν, *de conſpiratione quoq́ & præſidio, quo quis munitur, exponere licet.*

O 2. fa. 2. lin. 5. χαμαιδιδάσκαλοι *Iul. Firmico ſunt, profeſſores artium ſecundarij. Nam ex hoc autorem multa tranſtuliſſe, animaduertere conferendo poterit, qui voluerit. Vixit autem Iul. Firmicus ſub Conſtantino II, paucis annis ſuperior Paulo hoc Alexandrino.*

R ult. fa. 2. lin. à fine 2, ἀντιγραφέας *intelligere eum exiſtimo, quas profectiones annuas in Cap. de tempore eventuum, nominari diximus, quando harum etiam* ἐπεμβάσεις *conſiderantur. Generatim hoc vocabulo accipi poſſunt figuræ aut conſtitutiones cæli & planetarum, ad quodcunq́ ætatis nati tempus, collatæ cum ipſo themate natalitio: cuiuſmodi vulgò ſunt Revolutiones nativitatum annuæ, vel poſitus cæli ſiderumq́, eo temporis momento, quo Sol ad punctum cæli revertitur, quod ſub horam natalitiam tenuit: quibus introducendis occaſionem dedit 87 aphor. centiloquij Ptol.*

Græcis ſunt ἐναλλαγαὶ τῶν ἐτῶν.

Cætera, quæ ὡς ἐν παρέδῳ *annotare viſum fuit, ad ſua quæq́ loca mox ſunt appoſita.*

ERRATA QVÆDAM TYPOGRAPHICA.

A 2 fa. 2. lin. 18, pro charactere ♀, poni debet ♀, in Græco, & ſic in Latino.

B 1. fa. 2: & B 2 fa. 1. lineis 13, pro ♄ lege ♍.

B 2. fa. 2. lin. à fine 4, in aſcenſione ♍ & ♎, pro ü, legendum eſt ẍ.

C 2 fa. 1 lin. à fin. 11, legendum, in cardine aliquo cœli.

C 3. fa. 2. lin. à fi. 4. ſcribendum, ἐπλάζωνος.

D 1. fa. 2. ad γ, ſub ♄ & ♒, pro charactere ♃, poni debet ſignum ♂.

D 4 fa. 1. lin. à fin. 4, lege, intuetur.

E 1 fa. 1. lin. à fine 6. pro exiſtimemus, lege, exiſtimatur.

E 2. fa. 1. lin. 17, lege, medietate.

E 2. fa. 2. lin. à fine 2. pro ἐχθρὰς, lege ἔχθρας.

E 3. fa. 1. lin. 7. lege, pertinentia exquiruntur.

F 3. fa. 1. lin. 11, hæc † ſcholij nota eſſe debet. lin. 12, hæc *.

F 4. fa. 1. & in ſequentibus, aliquoties ſcriptum eſt apogeun, pe rigeon, vel apogium: pro, apogeum, perigeum.

fac. 2. lin. 14. pro τȣ̃, lege τὸν.

G 1. fa. 1. lin. à fine 11, pro 28, lege 48.

G. 3. fa. 2. lin. 8, pro γινομένον, lege, γινόμενον.

G 4 fa. 2. lin à fine 4, pro τȣ́τε, leg. τότε.

H ult. fa. 2. lin. 4, pro ἔτῶν, lege, ἐτῶν.

ibidem lin. 13, pro ἦν, lege ἠν.

K 1 fa. 1. lin. 3. lege, & igneam Zonam.

K 2. fa. 2. lin. 10, pro numero τξ, legi debet, τϥ.

L 1. fa. 2. lin. à fine 7, ſcribendum, ὕπαυγός ἐϛιν.

L 2. fa. 2. lin. 13. pro ὑπαύγος, leg. ὕπαυγος.

ibidem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

ibidem lin. ult. leg. ζώδιά ἐστιν, ἐν οἷς.

L 3 fa. 1. lin. à fine 4. egenos, interdum & exules &c.

M 1. fa. 2. lin. à fin. 9, lege, ἐκ πλωχοῦ. *Poterat etiam legi,* ἐκπλώτου, *qui de conditione fortunisq́; ſuis deiectus eſt.*

M 2. fa. 1. lin. à fin. 8, pro mendicis, lege, mendico,
fa. 2. lin. à fin. 8, pro ἐπιαύξει, *lege,* ἐπαύξει.

M ult. fa. 2. lin. 17, pro ἐμπαθῆς, *lege,* ἐμπαθεῖς.
lin. 18, pro ἔκπλωσιν, *leg.* ἔκπλωσιν.

N 1 fa. 2. lin. 5. pro χαρίζεται, *lege,* χαρίζονται.

N 2 fa. 1. lin. 5. lege, gratias & dona.

N 3 fa. 2. lin. 2. pro περακειμένων, *lege,* περικειμένων.
ibidem lin. 10. pro ἀποδείνυσι, *leg.* ἀποδείκνυσι.
lin. à fin. 6, pro βόρῥον, *lege,* βόῤῥον.

N ult. fa. 2. lin. 9, pro ποιῆσαι, *lege* ποίησαι.

O 2 fa. 2. & O 3. fa. 1, lin. à fin. 2, pro ſigno ⊛, *reponatur ſignum* †.

O 3 fa. 2. lin. 7. pro ταῖς, *lege,* τοῖς.
ibid. lin. à fin. 6, pro στερῶδες, *lege,* στερρῶδες..

O ult. fa. 2. lin. à fin. 11, pro δηλωτικὸς ἐστὶν, *lege,* δηλωτικός ἐστιν.

P 2. fa. 2. lin. 16. pro πολήτεχνὸς, *leg.* πολύτεχνος.
ibid. lin. ſeq. pro τὸ, *lege* τὸν.

P ult. fa. 1. lin. 7. lege, in Capricorni.

Q ult. fa. 2. lin. à fine 8, pro εἴποντες, *lege* εἰπόντες, *& appone hoc ſignum* ✠ *ſcholij.*

R 1. fa. 2. lin. 17, pro σίνεγλυς, *lege* σινέγλυς.

R 3. fa. 1. ad marginem, pro cap. 16, lege 10.

R ult. fa. 2. ſcholia, quæ notas habent * *&* ⊕, *manentibus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

his notis, tranſponenda ſunt, ut ad ſua in texu loca rectê accommodentur.

Ibidem lin. à fin. 4, pro μεχρὶς, *lege* μέχρις.

S 2. fa. 1. lin. 3, pro ſcilicet, lege ſecundum.

& lin. 4, pro ſecundum, lege ſcilicet.

T 1 fa. 2 lin. 16, pro προσδόδεσι, *lege* προσδόσεσι.

lin. 23, pro ἔπαινους, *lege* ἐπαίνους.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 199 [19,-147 4°]